BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
55
9 K
5
H 315

DE SACROSANCTO INCARNATIONIS MYSTERIO

Tractatus

AVCTORE AVGVSTINO OREGIO,
Pontificijs Eleemoſynis generali Præfecto,

Sanctiſsimi Domini Noſtri VRBANI Octaui Theologo, & Intimo Cubiculario, Baſilicæ Vaticanæ Canonico, ſanctæ, ac Vniuerſalis Romanæ Inquiſitionis Conſultore.



ROMAE, Ex Typographia Vaticana. M. DC. XXXIII.

SVPEBIORVM PERMISSV.

S.MO D. N.

VRBANO VIII.

AVGVSTINVS OREGIVS

Beatiſsimis pedibus prouolutus S. F.

BEATISSIME PATER. Verbi Dei Romanum Pontificem verum interpretem qui negāt, exuti Fide, impietatem induunt, viſibile Caput Eccleſiæ Matri amputantes; in eiuſque Sponſum Chriſtum Dominum qui iugiter interius gratiam, virtutes, & dona in Sanctos influit, iniurioſi exiſtunt, eum tacitè reprehendentes, quod non ſatis ſaluti fidelium conſuluiſſet, ſi Paſtorem atque Rectorem animarum non præfeciſſet, qui poſſet veræ Fidei ſimplici, ſed infallibili credendorum pro-

poſitione lac præbere infantibus, & eos qui contradicunt redarguere doctrina diuinitus inſpirata, quæ vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia: vt perfectus ſit Homo Dei ad omne opus bonum inſtructus. Quod etſi verum ſit de omni doctrina quæ Deum reuelantem auctorem habet: negari tamen non poteſt quin peculiari ratione ei quæ de Chriſto Domino eſt diſciplina, conueniat, cuius Sanctitas Tua vices in Terris gerit. Quare non incongruum erit, ſi ego qui a ſacris tibi conſultationibus adſum, quam de Verbi incarnati ſacroſancto Myſterio tractationem compoſui, Sanctitati Tuæ offeram: vt quæ a puriſsimæ veritatis loco manant, ita caſtigata prodeant, ne alterius cenſuram deſiderent quàm illius, cui in docendo Spiritus ſanctus adſtat.

IN-

INDEX CAPITVM, ET QVAESITORVM HVIVS TRACTATVS.

Caput primum. De conuenientia, atque neceſsitate Incarnationis. pag. 2

Quæſ. 1. Vtrum Verbum carnem aſſumere poſſibile fuerit. 4

Quæſ. 2. An Deum carnem ſumere conueniens fuerit. 14

Quæſ. 3. An Verbum carnem ſumere ad redimendum Hominem a peccatis neceſſarium fuerit. 19

Quæſ. 4. An ſi Adam non peccaſſet Verbum carnem ſumpturum fuiſſet. 30

Caput II. De modo vnionis Verbi Incarnati. 43

Quæſ. 1. Vtrum vnio Verbi Incarnati facta ſit in natura. 44

Quæſ. 2. Vtrum vnio Verbi Incarnati facta ſit in ſuppoſito, hypoſtaſi, ſeu perſona. 50

Quæſ. 3. Vtrum ſit facta aliqua vnio animæ, & corporis in Chriſto. 56

Quæſ. 4. Vtrum Natura humana Verbo Dei fuerit accidentaliter vnita. 63

Quæſ. 5. An vnio Verbi Incarnati ſit idem quod aſſumptio. 70

Quæſ. 6. An vnio duarum Naturarum in Chriſto ſit maxima Vnionum. 72

Quæſ. 7. An vnio duarum Naturarum in Chriſto ſit facta per gratiam. 78

Caput III. De aſſumente Perſona. 82

Quæſ. 1. An aſſumere naturam creatam conueniat Perſonæ diuinæ, an Naturæ. 82

Quæſ. 2. An Perſona Verbi duas Naturas humanas aſſumere poſsit. 88

ciationes de Chriſto Domino loquentes ſint admittendæ. 174
Quæſ. 1. An vera ſit hæc enunciatio, Deus eſt Homo, vel hæc alia, Homo eſt Deus. 175
Quæſ. 2. An ea quæ conueniunt Filio Hominis, poſsint prædicari de Filio Dei, & è conuerſo. 176
Quæſ. 3. An hæc ſit vera enunciatio; Deus factus eſt Homo. 181
Quæſ. 4. An hæc enunciatio ſit vera, Chriſtus eſt creatura. 184
Caput XII. De Chriſti Domini Voluntate. 185
Quæſ. vnicum. An in Chriſto ſint duæ Voluntates. 186
Caput XIII. De Chriſti Domini virtutum, & operationum ordine. 189
Quæſ. vnicum. An Chriſtus Dominus qua ratione homo Patri, ac ſibi fuerit ſubiectus. 189
Cap. XIV. De Chriſti Domini Oratione. 190
Quæſ. vnicum. Vtrum Chriſto Domino qua ratione Homo eſt, orare competat. 191
Caput XV. De Sacerdotio Chriſti. 193
Quæſ. 1. An Chriſto Domino Sacerdotem eſſe conueniat qua ratione Homo. 193
Quæſ. 2. Quæ fuerit a Sacerdote Chriſto oblata Hoſtia. 195
Caput XVI. De adoptione Chriſti. 198
Quæſ. 1. An Chriſtus quatenus Homo ſit Filius Dei adoptiuus. 198
Quæſ. 2. An Chriſtus Dominus dici poſsit prædeſtinatus. 200
Quæſ. 3. An vna eademque adoratione adoranda ſit Chriſti diuinitas, & eius humanitas. 202
Quæſ. 4. An Chriſtus Dominns qua ratione Homo inter Deum,

Deum, & Homines Mediator fuit. 203

Caput XVII. De Virgine Dei Matre. 205

Quæſ. 1. An B. Virgo fuerit in vtero Matris ſanctificata. 205

Quæſ. 2. An B. Virgo tantam in primo inſtanti ſuæ Conceptionis gratiam habuerit, vt ei non potuerit additio fieri. 212

Caput XVIII. De Mariæ Matris Ieſu virginitate. 214

Quæſ. vnicum. An inter Mariam, & Ioſeph fuerit verum Matrimonium. 216

Cap. XIX. De Conceptione Saluatoris. 218

Quæſ. 1. An caro Chriſti fuerit ſumpta de Adam. 219

Quæſ. 2. An Corpus Chriſti de puriſsimis ſanguinibus Virginis formatum fuerit. 224

Quæſ. 3. An Chriſtus Dominus conceptus ſit de Spiritu ſancto. 225

Quæſ. 4. An B. Virgo ſit Mater Dei. 226

Caput XX. De Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum carnem. 231

Quæſ. vnicum. An Filio Dei in tempore naſci ſecundum carnem conueniat. 231

Caput XXI. De Chriſti Saluatoris Miraculis. 234

Caput XXII. De Chriſti Domini Paſſione, ac morte. 236

Quæſ. vnicum. An Chriſti Domini Anima ſecundum ſe totam verè paſſa eſſe dicatur. 237

Impri-

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſsimo P. Magiſtro ſacri Palatij Apoſtolici.

A. Torniellus Viceſg.

HVnc Illuſtriſsimi D. mei Auguſtini Oregij, eximij Theologi *De Sacro Incarnationis Myſterio Tractatum*; quem poſt alios eiuſdem Auctoris de Trinitate, deque Angelis libros à me non ita multò antè maximoperè laudatos, Reuerendiſsimi P. Nicolai Riccardij ſacri Apoſtolici Palatij Magiſtri auctoritate perlegi, eodem prorſus, atque illos commendationis genere probandum, atque in lucem edendum ad commune bonum puto. Illud tamen in hoc opere præ alijs laudandum cenſeo, quòd eius dogmata tam copioſè ex ſacris Litteris, ſanctis Patribus, doctiſque Theologis ad margines confirmantur, vt omnium ſacrorum Doctorum penè dixerim volumina euoluiſſe Auctor, & ponderaſſe videatur.

Ita ſentio Stephanus Bubalus Societatis Ieſu, & S. A. Pœnitentiariæ Theologus Conſultor.

Imprimatur.

Fr. Nicolaus Riccardius Ord. Præd. Sacri Palatij Apoſtolici Magiſter.

DE SACROSANCTO INCARNATIONIS MYSTERIO TRACTATVS.

INCARNATIONIS Myſterium diuino [a] conſilio ab æterno [b] prædefinitum, a ſæculis [c] abſconditum, Patriarchis [d] repromiſſum, a Moyſe [e] in lege, atque Prophetis [f] prænunciatum: & tandem nouiſſimis temporibus per ipſummet Chriſtum [g] manifeſtatum, explicare ſi aggrediamur, ne perſcrutatores [h] Maieſtatis effecti opprimamur a gloria, non ab humana ſapientia quæ apud Deum [i] ſtultitia eſt; rationes inquiremus; ſed ex ſcripturis, atque traditionibus, quæ Dei veracitate nituntur, ea quæ per Chriſtũ in nos contulit beneficia Deus grata memoria recolentes, recenſere ſtudebimus. Quod vt conſequamur, ſit

[a] S.Ambroſ. lib.2.in Lucam in princ. S.Leo ſer.2.de Nati.
[b] S.Tho.3.p.q.6.a.3 ad 3. & q.24.a.1. & ſeqq.
[c] 1.Cor.2. ad Eph.3 S.Tho.3.p.q.44.a.1. ad 2.
[d] Gen. 3. 12.17.18. 22.26.28. & 49. S.Hieron. ad c.3. ad Galat. S.Tho.3.p. q.4. ar.6. ad 3.
[e] Num.24.Deut.18.
[f] 1.Reg.2.& 2.Reg.7 Pſ.2.3.15.21.40.49. 67.68. & 109. Eccleſ.24. Iſa.2.7.8.9.11.28.35 40.42.45.46.49.50. 52.59.60.62. Ierem.11.19.23.30. & 33. Ezech.17.34. & 37. Daniel 7. & 9. Ioelis c.2. Amos cap.9. Michææ 2.4. & 5. Aggæi cap. 2. Zachar.2.3.9.12. & 13. Malach.3.4. & 5. S. Cyprian. de Idolorum vankate.
[g] Matth.1.3.8.11.16.17.22.26. & 27. Marci 9. & 15. Lucæ 1.2.9. & 22. Ioan.1.2.3.4.5. 6.7.8.9.10.11.12.14.15.17. & 20.
[h] Prouerb.25.
[i] Iob cap.5. Pſal.93. 1.Cor.3.

ROMA

CAPVT PRIMVM.

De Conuenientia, atque neceſsitate Incarnationis.

AD ea quæ hoc capite quærentur intelligenda, Animaduertendum eſt, Incarnationis nomen (quãtum ad præſens ſpectat negociũ) duobus modis ſumi. Primò pro[a] actione illa, qua in humanitate Chriſti à tota Trinitate (cuius[b] operationes ad extra communes ſunt & indiuiſæ) productus eſt nexus ille, quem vnionem dicunt, quo humanitas illa Verbo ita coniuncta, atque vnita fuit, vt à Verbo aſſumpta fuerit in vnitate[c] ſuppoſiti, hypoſtaſeos, ſiuè perſonæ, & ob quam Verbum caro factum dicitur, ſeu quod idem eſt, ob quam filius Dei Homo factus eſt.

Caro namq. nõ pro ſola parte, quę eſt corpus, ſed pro toto ſumitur Homine; vt ex[d] Scripturis,

[a] S. Hilar. in Prolog. ſup. Pſal. S. Aug. ep. 3. ad Voluſianum. S. Damaſc. li. 3. orth. fid. c. 6.

[b] S. Auguſt. lib. 1. de Trin. c. 4. & 5. S. Tho. 3. p. q. 32. a. 1.

[c] Conc. Epheſinũ 3. Generale per totum. Cõc. Chalced. Act. 5. Quinta Synod. Gener. can. 4. 5. & 6. Sexta Synod. Gener. Act. 4. Conc. Later. ſub Martino I. conſult. vltima can. 6. Conc. Hiſpalenſe 11. cap. vlt. Conc. Tolet. 6. cap. 1. S. Baſil. lib. 4. con. Eunom. in illa verba, Dominꝰ creauit me, S. Ambr. lib. de Incar. Domin. Sacram. c. 5. S. Cyrill. Alex. in epiſt. ad Neſtorium quæ lecta fuit in Concilio Epheſino p. 1. Act. 8. & in Apologetico pro duodecim capitulis.

[d] Gen. 6. Num. 18. Ioſue c. 23. Pſal. 55. 64. 77. 135. & 144. Prouer. 4. Sapien. 7. Eccleſiaſtici 13. 16. & 17. Iſa. 40. 49. & 66. Ierem. 12. 17. 25. & 45. Ezech. 11. 32. & 39. Ioel. 2. Zachar. 2. Matth. 24. Marci 13. Lucæ 3. & 13. Ioan. 1. Act. 2. Ad Rom. 1. & 3. 1. Cor. 1. & 15. Ad Galat. 2. 1. Timot. 3. Ad Hebr. 5.

ris, Concilia,[a] & Patres [b] docent: apud quas frequens eſt huius vocis explicata ſententia.

Et quam explicauimus actionem, vnitionem [c] vocant.

Secundò autem modò accipitur Incarnatio pro nexu, coniunctione, ſeu vnione, qui eſt terminus explicatæ ſuperius actionis, quo caro, ſeu humanitas ita vnitur Verbo, vt per ipſum & Verbum Homo dici poſſit, & Homo Deus.

His ita poſitis,

[a] Conc. Nicænũ primum Gener. in Symbolo. Conc. Conſtantinop. 1. in Symbolo. Conc. Epheſ. Generale 1. p. c. 8. Concil. Chalced. in Symbolo. Conc. Tolet. 1. in aſſert. Fid. Conc. Lateſ. ſub Innoc. III. cap. Firm.

[b] Tertull. li. de carne Chriſti c. 6. Origen. hom. 2. ſup. Pſ. 38. & Tract. 33. in Matth. Gregor. Neocæſarie. orat. in Epiphaniam. S. Cyprian. lib. 2. con. Iudæos cap. 2. & de Idolorum vanit. Lactant. Firm. lib. 4. diu. Inſtit. cap. 8. & 11. Eutychianus Papa ep. ad Ioannem, & Epiſcopos Boetiæ. Gaius Papa ep. ad Felicem Epiſcopum. S. Athan. in ep. ad Epictetum poſt medium, & ſerm. 4. con. Arianos. S. Hilar. in Prologo Pſalmorum & l. 9. de Trinit. S. Greg. Nazianz. ep. 1. ad Chelidonium. S. Epiphan. in Ancorato. S. Ambroſ. lib. de Iſaac c. 2. & lib. de Incarn. domin. Sacram. c. 6. S. Hieron. ſup. c. 2. Zachar. & in illud Marci 1. Non ſum dignus ſoluere &c. S. Io. Chryſoſt. in c. 1. Ioan. in illa verba. Et Verbum caro factum eſt. S. Aug. lib. 9. de Ciu. Dei cap. 7. & lib. 83. qq. q. 80. S. Cyrill. Alex. lib. de Incarn. Vnigeniti cap. 24. & ep. ad Neſtorium quæ habetur in Concil. Epheſino 1. p. cap. 8. & lecta fuit p. 2. Act. 1. Theodoretus in Dialogo qui dicitur Immutabilis. S. Leo concione 2. de Natiu. & ep. 10. ad Flauianum c. 4. S. Greg. li. 34. Moral. c. 2. Iſidor. ad Florentinam ſororem c. 6. S. Io. Damaſcenus l. 1. de fid. c. 13. & l. 3. c. 6. S. Tho. 1. p. q. 5. ar. 3. ad 1. & q. 16. ar. 6. & 7. Scot. in 3. diſt. 1. q. 1. Bellarm. tom. 1. controu. l. 1. de Chriſto c. 6. & l. 3. de Incarnat. c. 4.

[c] Conc. Chalced. Act. 5. in fine. Quinta Synod. Gen. collat. 8. c. 12. Sexta Syn. Gen. Act. 17. Conc. Florent. ſub Eugen. IV. in Decreto pro Armenis. Agatho Papa ep. ad Conſtantinum, Heraclium, & Tiberium Auguſtos.

QVÆRITVR PRIMO.

Vtrum Verbum carnem aſſumere poſsibile fuerit.

QVamuis Verbum carnem ſumpſiſſe certiſſimum ſit; cum tamen non poſſit perfectè intelligi, num conueniens, aut neceſſarium fuerit Verbum aſſumere carnem, niſi eæ ſoluantur difficultates, quibus aduerſarij probare nituntur fieri non poſſe vt Verbum carnem aſſumat, quęſitum propoſuimus, cui

Reſpondetur Dicendum. Verbum carnem aſſumere potuit.

Probant [a] Concilia, & Patres [b] ex ijs omnibus Scripturæ [c] locis, quibus & Verbum caro factum, & Chriſtus Dominus verus Deus, & verus Homo dicitur.

Quod cum eſſe non potuerit abſque eo quod Verbum carnem ſumeret;

Dicendum eſt, poſſibile fuiſſe Verbum carnem ſumere, Deum Hominem fieri, & in vnitate hypoſtaſeos; ſuppoſiti, ſeu perſonæ humanitatem ex vero corpore, & anima conſtantem Diuinitati fuiſſe coniunctam; ob quam vnionem, ſeu nexum non ex tribus naturis vna eſt, aut natura compoſita, vel vna in aliam conuer-

[a] Conc. Nicænum 1. Gen. in Symbolo, Conc. Conſtantinop. 1. Gener. 2. in Symb. Conc. Epheſ. per tot. Conc. Chalcedon. in Symbolo, & alibi ſæpiſſime. Quinta Synodus Generalis in Symbolo, can. 4. 5. 6. & Act. vlt. cap. 12. Sexta Synodus Gen. tertia Conſtantinop. Act. 4 in Symbolo, & alibi ſæpè. Septima Synod. Gen. Nicæna II. Act. 3. in Symbolo. Octaua Synod Gen. 4 Cōſtantinop. Act. 3. & 4. Act. 7. c. 2. & 6. Act. 8. c. 20. Act. 9. c. 3. & Act. 10. in fine. Conc. Later. 4. Gen. 12. ſub Innocen. III. c. Firm. de ſum. Trin. & Fid cat. Conc. Gener. 13. Lugdunenſe 1. in Admonitione Prelator. &c. & ſuper Cruciata. Conc. Lugdunen. 2. Gener. 14. in ep. Michaelis Imperat. ad Gregor. X. Papam. Conc. Viennenſe ſub Clem. V. Gen. 15. cap.

ſa

ſa, ſeu cum illa confuſa; ſed cum perfecta naturarum diſtinctione, atque multiplicitate, hypoſtaſeos, ac perſonæ eſt perfecta vnitas; vt ex ijs quæ infra dicenda ſunt explicabitur.

Quod Deo adiuuante fiet, ſi quæ in contrarium obijciuntur, diluemus.

OBII-

Regnans in cælis &c. Conc. Conſtant. Gener. 16. ſeſs. 8. in ſent. damnationis doctrinæ Ioannis Vuicleff, & ſeſs. 15. in ſentẽtia con. Ioannem Huſz. Conc. Flor. Gen. 17. in Decreto Eugẽ. IV. Conc. Later. ſub Leone X. ſeſs. 1. cap. Solent hi &c. & ſeſs. 8. cap. Apoſtolici regiminis &c. Conc. Trid. in Symb. ſeſs. 6. & alibi ſæpè.

b S. Ignatius epiſt. ad Trallianos. S. Dionyſ. de diu. nom. c. 2. p. 1. & ep. 4. ad Caium. Iuſtinus Martyr in expoſitione fidei, & Dialogo cum Triphone. Origen. l. 2. in Iob. Irenæus l. 3. c. 32. & l. 5. c. 1. Tertull. in Apologet. c. 21. & l. 4. con. Marcionem ante med. S. Cyprian. l. 2. con. Iudæos c. 5. & 7. ep. 73. & de bono Patientiæ. Lactant. Firm. lib. 4. cap. 13. 15. 17. & 18. Euſeb. Cæſ. l. 5. de Demonſt. Euang. c. 25. 26. & 27. l. 6. c. 17. 21. & 24. l. 8. c. 2. & 3. & l. 9. & 10. S. Athan. in Symbolo, lib. de Humanitate Verbi poſt medium, & orat. 4. con. Arianos. S. Hilar. l. 5. de Trin. in fine & l. 10. Cyrill. Hieroſol. catech. 4. de generat. Filij. S. Baſil. l. 1. con. Eunomium in fine, & l. 4. circa finem. Nazianz. orat. 4. de Theologia. S. Epiphan. orat. de laudibus Virginis, & hæreſi 20. S. Ambroſ. l. 1. de fid. c. 2. l. 2. c. 3. ſerm. 5. in Pſ. 118. & in c. 1. Lucæ. S. Greg. Nyſſen. orat. 2. de pauperibus amandis. S. Hieron. in c. 35. 45. & 52. Iſa. in c. 2. & 3. Zach. in c. 14. Matt. & ad c. 4. ep. ad Galatas. Prudentius in Apotheoſi con. Ebionem. Chryſoſt. in orat. Quod Chriſtus ſit Deus, in c. 10. Ioan. & hom. de S. Ioan. Baptiſta. S. Aug. ep. 3. ad Voluſianum l. 18. de Ciu. Dei c. 18. & 23. lib. 20. c. vlt. Tract. 49. in Ioan. hæreſi 11. & 21. & de Fide con. Manichæos cap. 36. Cyrill. Alex. in c. 35. & 52. Iſa. l. 4. in Ioan. c. 28. & l. 8. & 10. con. Iulian. Theodor. in c. 3. Baruch, & in c. 2. & 3. Zachar. Iſidor. Peluſiota ep. 112. & 121. Petrus Chryſol. ſerm. 144. S. Flauianus ep. ad Leonem Pontificem. S. Leo ſer. 1. & ſeqq. de Natiu ſer. 1. 2. & ſeqq. de Epiphania. S. Proſper ſentent. 64. S. Cæſarius Arelat. hom. 5. de Paſcha. S. Fulgent. de Fid. ad Petr. cap. 2. Boet. l. de duabus Naturis, & vna perſona Chriſti. Caſsiod. ad Pſ. 33. S. Greg. l. 4. mor. c. 12. l. 17. c. 18. & l. 18. c. 12. Iſid. Hiſpal. de doctrina & Fide Eccleſiaſticorum dogmatum c. 2. Agatho ep. ad Conſtantium Imp. & habetur in ſexta Sinod. Conſtantinop. Act. 4. Beda in c. 1. & 11. Lucæ. Damaſc. l. 3. de Fid. cap. 2. S. Anſel. de excellen. B. Mariæ Virg. cap. 11. ad cap. 1. Matt. & ad cap. 8. ad Rom. S. Bernar. in c. 1. Lucæ, & ſer. 2. ſuper Miſsus eſt. Magiſt. in 3. diſt. 2. Pet. Bleſenſis ep. 83. S. Tho. 3. p. q. 1. 2. 3. & ſeqq. S. Bonau. in 3. diſt. 1. 2. 3. & deinceps, & p. 4. Breuiloq. c. 3. & 8. Scot. in 3. diſt. 1. 2. 3. & ſeqq. Bellar. to. 1. controu. l. 1. & 2. de Chriſto, & l. 3. de Incarnat.

c Gen. 3. 12. 17. 26. & 49. Exod. 20. ex Epiſt. Iudæ. Num. 21. ex Apoſtolo 1. Cor. 10. & c. 24. Deuter. 32. ex Epiſt. Iudæ. Pſ. 2. 21. 44. 56. 67. Ex D. Paulo ad Epheſ. 4. 96. 101. ex Apoſtolo ad Heb. 1. & Pſ. 131. Iſa. 6. ex Ioan. cap. 12. Apoc. 4. ex Actis Apoſt. 4. & ex D. Paulo ad Philip. 3. & 2. Timot. 4. Iſa. 7. & 8. ex Luca c. 2. ex epiſt. ad Rom. 9. & 1. Pet. 2. & c. 25. 35. & 40. ex Matt. 3. Marc. 1. Luc. 1. 10. 1. & c. 41. 44. & 45. Ex Apoſtolo ad Rom. 14. 48. & 52.

53.& 55. Ierem.5.& 33. Baruch.2.& 3. Ezech. 17.34. & 37. Daniel.7.& 9. Oſeæ 1.& 6. Ioelis 2. Michææ 5. Aggæi 2. Zach.2.3.9.10.11.12. & 13. Malach.3.ex Matt.11.& Luc.1. Matth. 1.3.11. & 16. Marci 1. Lucæ 1.2.& 4. Ioan.1.3.4.5.8.9.10.12.14.15.19. & 20. Actor.1. & ſeqq. Ad Rom.1.7.8.9. & 14. 1.Cor.2.8.& 10. Ad Galat.1.& 4. Ad Epheſ.4. Ad Philip.2. & 3. Ad Coloſ.1.1.Timot.2. 2.Tim.4. Ad Heb.1.2. & ſeqq. 1.Pet.2.3.& 4. 1. Io.1.2. 3.4. & 5. 2.Io.5. Epiſt. Iudæ. Apocal.1.4. & 13. Symbolum Apoſtolorum.

OBIICIES PRIMO.

[a] Conc.Epheſ. 1. p. cap.8. Conc. Later. ſub Innoc. III. cap. Firm. S.Ambroſ.de Incarn. domin. Sacram. c.6. & 7. S.Auguſt.tract.49. in Ioan. Cyrill. Alex. epiſt. ad Neſtorium quæ lecta fuit in Conc. Epheſ. p.2. Act.1. S.Leo ſerm.3.de Paſſione Domini c.1. S. Greg. hom. 25. in Euang.

[b] Exod. 3. Sap. 13. Ioan.8. S.Dionyſ.c.5.de diu. nom. S.Athan.in orat.con. Idola. S.Hilar.lib.1.3.6. & 13. de Trin. Cyrill.Hieroſol. catecheſi 6. S.Baſil.ep.141.ad Cæſarianos. S.Gregor.Nazianz.orat.42. & 49. S. Ambroſ. lib. 10. in cap. 22. Lucæ. S.Hieron. in c.3. ad Epheſios, & ep. ad Damaſum, Quoniam vetuſto. Chryſoſt. ſerm. de S. Trinit: tom. 3. S.Aug.lib.1.de Trin.cap.1.lib.5.cap.2. & 3. Tract. 38. & 99. in Ioan. Tract. de eo quod dictum eſt a Deo ad Moyſen, Ego ſum qui ſum. De natura boni con. Manichæos cap. 1. & lib.7.confeſs.cap.11. S. Cyrill. Alexan. lib. 1. Theſaur. cap. 8. S. Leo epiſt. 93. decret. cap. 5. & 6. Boetius lib. de Hebdom. cap.1. Beda ad cap.8.Ioan. S. Damaſc.lib.2.orthod.fid. cap.2. S.Anſel. in Monologio cap.4. Magiſt. in 2. diſt. 37. S.Tho.1.p.q.3.ar.3.& 4. & q.13.ar.11.

Verbum carnem aſſumere nihil aliud eſt quàm Verbum fieri[a] Hominem. Sed Verbum fieri Hominē non eſt poſſibile. Ergo neque etiam fieri poteſt, vt Verbum carnem aſſumat.

Minor probatur. Quando vnum fit aliud, quod fit aliud cōuertitur in illud aliud, quod fit. At Deum qui eſt ſuum[b] eſſe cōuerti in aliud contradictionem implicat. Non poteſt enim concipi aliquid per eſſentiam exiſtere, & deſinere eſſe. quod autem conuertitur deſinit eſſe.

Reſpondetur, per Incarnationem Verbum fieri carnem, ſeu Hominem non ex eo quod in Homi-

Hominem [a] conuertatur; ſed ex eo quod humanitatem aſſumat, illamq. ſibi vniat in vnitate ſuppoſiti, hypoſtaſeos, ſiue perſonæ; ex qua vnitione; ſeu vnione cum ſequatur Hominem ſubſiſtere ſubſiſtentia Verbi, fit vt duæ naturæ eadem ſubſiſtant ſubſiſtentia; & quæ ſubſiſtentia ab æterno diuinæ naturæ dabat ſubſiſtere, ſecundamque ſanctiſſimæ Trinitatis conſtituebat perſonam, de nouo ſine ſui mutatione incipit naturam terminare humanam, quæ Verbi ſubſiſtentia terminata, eſt hic Homo huius humanitatis concretum; ex quo per communicationem [b] idiomatum, ideſt proprietatum, quod Dei eſt de Homine prædicatur, & quod Hominis eſt, huius ſcilicet qui eſt Chriſtus Dominus, poteſt de Deo prædicari.

Non tamen quod de diuinitate prædicatur, illud de humanitate aut natura humana prædicari poteſt. Naturarum namque diſtinctio, quæ poſt carnis aſſumptionem remanet inter humanam, diuinamq. naturam efficit, vt quod vnius naturæ eſt proprium non poſſit de alia abſtractè ſumpta prædicari.

Quamobrem Verbum caro factum dicitur non per conuerſionem, ſed per aſſumptionem humanitatis ad ſe in vnitate ſuppoſiti, hypoſtaſeos, ſeu perſonæ.

OBII-

[a] Conc. Epheſ. 1. p. cap. 8. Concil. Chalced. in Symbolo. Quinta Synodus General. can. 2. 7. 8. 10. & 11. Sexta Synod. Gener. Act. 4. Conc. Later. ſub Martino I. can. 6. Conc. Tolet. 2. in aſſert. Fidei. Conc. Hiſpalenſe 11. can. 13.

[b] S. Dionyſ. c. 3. Eccleſ. Hierarch. Euſeb. Cæſar. li. 4. de demonſt. Euang. c. 13. S. Athan. in Symbolo, & in ep. ad Epictetū. S. Hilar. l. 9. de Trin. S. Cyrill. Hieroſol. catecheſi 4. S. Baſil. li. 1. con. Eunom. poſt medium. Nazianz. orat. in Chriſti Natiuit. S. Ambr. l. de Incarn. domin. Sacram. c. 6. & l. 2. de fid. ad Gratianum. Nyſsen. or. catechet. cap. 24. & 32. S. Hieron. in c. 55. Iſa. in illa verba, Ecce teſtem populis &c. S. Aug. lib. 3. de Trin. cap. 7. & ſerm. 191. de temp. S. Cyrill. Alex. ep. 8. ad Neſtorium. Theodor. in Dialogo 2. qui inſcribitur, Inconfuſus, & Dialogo 3. Impatibilis. Vincentius Lyrinenſis adu. Hæreſes. c. 19. S. Leo ep. 10. ad Flauianum, & ep. 97. S. Greg. l. 18. Moral. c. 36. S. Damaſc. lib. 3. orthod. Fid. cap. 6. S. Tho. 3. p. q. 2. a. 1.

[b] S. Auguſt. lib. 1. de Trinit. cap. 11. 12. & 13.
Vincentius Lyrinenſis cap. 19. adu. Hæreſes.
S. Leo ſer. 1. de Natiu. ſer. 3. & 17. de Paſſione, & ep. 10. ad Flauianum cap. 4.
S. Fulgent. l. 1. ad Thraſimundum c. 7. & 20. l. 3. c. 9. & ad Donatum c. 6.
Boetius l. de duabus in Chriſto naturis &c. S. Damaſc. l. 3. orthod. fid. c. 3. & 4.
Adrianus Primus Papa ep. ad Epiſcopos Galliæ de errore Elipandi Epiſcopi Toletani.
Leo IX. ep. ad Petrum Antiochenum.
S. Anſel. lib. cur Deus Homo cap. 18. & ad cap. 15. 1. ad Corint.
S. Tho. 3. p. q. 3. ar. 6. ad 3. q. 9. ar. 1. ad 3. q. 10. ar. 1. ad 3.

OBIICIES SECVNDO.

Qvamuis per incarnationem non ſit natura humana in diuinam, aut diuina in humanam conuerſa, ſed perfecta remaneat naturarum [a] diſtinctio; adhuc ſequitur ex pluribus naturis, humana nempe, ac diuina, corpore ſcilicet, Anima, atque diuinitate, Chriſti perſonam compoſitam eſſe; & per conſequẽs Deum aut naturam diuinam in compoſitionem venire, partemq. eſſe illius ſuppoſiti, hypoſtaſeos, ſeu perſonæ quæ Chriſtus eſt.

Quod tamen abſurdũ eſt, cum alicuius partem eſſe diuinæ naturæ quæ Deus eſt, repugnet.

Reſpondetur; Chriſti Domini perſonam non dici compoſitam ita, vt diuina, atque humana natura illius ſint componentes partes.

Eſt enim eodem modo ſimplex ſi in ſe ſpectetur hypoſtaſis Verbi, ſuppoſitum, atque perſona, ſicut ab æterno fuit. Verum poſt carnis aſſumptionem compoſita dicitur, quia ſubſiſtentia Verbi quæ prius tantum diuinæ naturæ dabat

[a] Matth. 10. & 28. Marci 16. Lucæ 2. & 24. Ioan. 5. 6. & 11. 1. Petr. 4. Conc. Nicænum, & Conſtantinopolit. in Symbolo. Conc. Epheſ. per tot. Conc. Chalced. Act. 5. Quinta Synodus Gener. cap. 2. & 3. Sexta Synodus Gen. Act. 17. Conc. Tolet. 1. in aſſertione fidei. Conc. Tolet. 4. c. 1. Conc. Tolet. 6. c. 1. Conc. Arelatenſe 4. In confeſſione fidei. S. Clemens Papa l. 7. Conſtitut. Apoſtolicarum cap. 37. S. Ignatius epiſt. ad Epheſios. S. Dionyſ. Areop. c. 1. de diu. nom. & ep. 4. ad Caium. Iuſtinus Martyr in expoſit. fidei de recta confeſſione. Iren. l. 3. c. 18. & 20. Tertull. in Apologet. c. 21. de carne Chri-

dabat ſubſiſtere; poſt aſſumptam carnem facit, vt etiam ſubſiſtat natura humana, & ſit per hypoſtaſim Verbi Homo, qui ante aſſumptionem non erat. Antequã enim natura humana Chriſti Domini intelligatur aſſumpta, & ſubſiſtens, non eſt hic Homo, ſed hæc humanitas.

Concreta [a] namque ſubſtantialia quæ ſimpliciter abſoluta dicuntur, ſunt a ſubſiſtentia integram terminante naturam; ſicut & accidentis concreta quæ connotatiua dici poſſunt, ab inhærentia ſunt. non enim eſſet album ſi ſubiecto non inhæreret albedo: ita non eſt hic Homo, niſi hoc corpus, & hæc Anima vnita ſint, & ſubſiſtant; nam corpus & Anima ſi abſque ſubſiſtentia vniantur, faciunt hanc humanitatem, non Hominem hunc.

ſti c. 5. & lib. 5. contra Marcionem c. 9. Clemens Alexandr. orat. exhortatoria ad Gentes. Origenes lib. 1. de Principijs in Proœmio, & tract. 33. in Matth. S. Cyprian. de Idolorum vanitate. Gregor. Neocæſarienſis orat. in Epiphan. Felix Papa epiſt. ad Maximum Epiſcopũ Alexandrinum. Eutychianus Papa ep. ad Ioannem, & Epiſcopos Bæticę. Caius Papa ep. ad Felicem Epiſcopum. Lactan. Firm. lib. 4. Inſtit. cap 8. & 13. Euſeb. Cæſar. lib. 4. de demonſtr. Euang. cap. 10. & 13. Iulius Papa epiſt. ad Proſdocium.

S. Athan. ſer. 4. cont. Arianos, & in Symb. S. Hilar. lib. 9. de Trinit. S. Cyrill. Hieroſ. catecheſi 4. S. Baſil. orat. de Euchariſtia. Nazian. orat. 31. in illud dictum, Cum conſumaſſet hos ſermiones, & orat. 35. quæ eſt oratio prima de Filio, & 31. de Theologia. S. Damaſus Papa in Profeſsione Fidei ad Paulinum Epiſcopum Teſſalon. S. Epiphan. in Ancorato. S. Ambroſ. lib. 1. de Fid. cap. 6. & lib. 1. de Incar. Domin. Sacram. cap. 6, & 7. Nyſſen. hom. 13. in Cantic. S. Hieron. ad cap. 3. ad Galat. ad cap. 2. ad Titum, & epiſt. 150. ad Hedibiam q. 9. Prudentius in Pſychomachia, in pugna pudicitiæ, & libidinis. S. Chryſoſt. hom. de Cruce, & hom. 11. in Marcum. S. Auguſt. in Enchiridio ad Laurentium cap. 35. & epiſt. 57. ad Dardanum q. 1. S. Maximus hom. 1. de Epiphania. Cyrill. Alex. de recta Fide ad Reginas comment. 1. cap. Quod Chriſti mors ſit ſalutaris, ex catholica Petri, & cap. Quod Ieſus Chriſtus vnus ſit Dei Filius, &c. ex epiſt. ad Epheſ. & lib. 11. in Ioan. cap. 21. Theoderetus Dialogo 2. & 3. Flauianus Conſtantinop. ad Theodoſium Imperatorem de Fide, & epiſt. ad Leonem Pontificem. Vincentius Lyrinenſis cap. 19. aduerſus Hæreſes. Petrus Chryſol. ſerm. 63. & 77. Leo Mag. ſer. 1. de Natiu. c. 2. ſer. 3. de Paſsione c. 1. Cæſarius Arelat. hom. 5. de Paſcha. S. Fulgent. lib. 1. ad Traſimundum c. 7. & 10. Boetius lib. de duabus in Chriſto naturis, & vna perſona. S. Tho. 3. par. q. 16. ar. 5. Bonau. par. 3. Centiloquij cap 27.

[a] S. Thom. 1. p. q. 29. ar. 1. q. 36. ar. 4. ad 7. q. 39. ar. 3. 3. p. q. 2. ar. 1. ad 2. ar. 2. & 3. & ar. 5. ad 1. & q. 16. ar. 5. Scot. in 1. diſt. 12.

Cum igitur in Chriſto Domino ante aſſumptionem non poſſit intelligi natura humana ſubſiſtens, non eſt hic Homo, ſed hæc humanitas; quæ cum poſt aſſumptionem cæperit ſubſiſtere ſubſiſtentia Verbi, per vnionem hypoſtaticam factum eſt vt natura humana in Chriſto Domino [a] ſubſiſtat ſubſiſtentia Verbi, eademq. perſona quæ eſt Chriſtus, dici poſſit, & verè ſit Homo, & Deus.

Quarè hypoſtaſis Verbi quæ eſt perſona Chriſti, non dicitur compoſita ex naturis, humana nempe, atque diuina, quia hæ naturæ illius ſint partes; ſed quia vniuntur ita, vt eadem ſubſiſtant ſubſiſtentia, eademque in Chriſto ſit perſona & Verbum quod eſt Deus, & naturæ humanæ concretum quod eſt Hic Homo. Vniuntur enim duæ naturæ in Chriſto in vna perſona non vt partes componentes perſonam, ſed vt eadem ſubſiſtant ſubſiſtentia, idemq. ſit duarum

[a] Concil. Epheſ. 1. p. c. 8. in ep. Synodi ad Neſtorium, & can. 2. 3. & 4. Concil. Chalced. in Symb. & Act. 1. & 5. Quinta Synodus Generalis can. 4. & 5. Sexta Synodus Act. 4. & 17. Conc. Flor. in Decreto Eugenij IV. Conc. Later. ſub Martino I. can. 2. Conc. 2. Hiſpal. c. 13. Conc. Tolet. 4. c. 1. Conc. Tolet. 6. cap. 1. Concil. Arelat. 4. in confeſs. Fid. Conc. Vuormatienſe in confeſs. Fid. S. Dionyſ. ep. 3. & 4. ad Caium. S. Cypr. lib. de vanit. Idolorũ. Nazian. orat. 31. S. Ambr. lib. de Incar. Domin. ſacram. c. 7. & lib. 2. de Fid. c. 4. S. Hieron. ep. 150. ad Hedibiam q. 9. Chryſoſt. homil. 11. in Marcum. S. Auguſt. lib. 13. de Trinit. cap. 17. Tract. 27. in Ioan. ep. 57. ad Dardanum q. 1. & ſer. 58. in Ioan. de verbis Domini. S. Cyrill. Alex. epiſt. ad Neſtorium quæ lecta fuit in Concil. Epheſ. p. 2. act. 1. de recta Fide ad Reginas comment. 1. cap. Quod Ieſus Chriſtus vnus ſit Dei Filius, & Dominus, ex epiſt. ad Epheſ. Vnus Dominus, vna Fides. & lib. 11. in Ioan. cap. 21. Vincentius Lyrinen. cap. 19. aduer. hæreſes. S. Leo Mag. ſer. 1. de Natiu. Domini cap. 2. & ep. 10. ad Flauianum. S. Fulgent. c. 6. ad Donatum. Boetius lib. de duabus in Chriſto naturis, & vna perſona. Caſsiodorus ad Pſal. 2. in concluſione, & ad Pſ. 3. & 8. Ioannes XI. Papa epiſt. ad Auienum, Liberium, &c. de duabus in Chriſto naturis. S. Gregor. lib. 18. Moral. c. 27. Iſidor. Hiſpal. de doctrina, & Fide Eccleſiaſticorum dogmatum c. 2. & lib. 7. originum c. 2. Agatho Papa in epiſt. ad Conſtantinum, Heraclium, & Tiberium Auguſtos. Beda ad c. 2. & 5. Lucæ. Leo IX. Papa ep. ad Petrum Antiochenum. S. Anſel. lib. 2. cur Deus homo c. 18. S. Bernard. ſerm. de B. Maria, & lib. 2. de Natiu. Dom. S. Thom. 3. p. q. 2. ar. 2. & ſeq. & q. 16. ar. 5.

duarum naturarum ſuppoſitum, Chriſtus Dominus, Homo Deus.

Dicitur ergo compoſita Chriſti perſona naturis tribus, quia per eandem ſubſiſtentiam in Chriſto ſubſiſtit caro, anima, & diuinitas, non quia hæ tres naturę tanquam partes Verbi componant perſonam, ſed quia illius ſubſiſtentia ſubſiſtunt omnes, caro ſcilicet, anima, & diuinitas; diuerſimodè tamen.

Diuinitas namq. ſubſiſtentia Verbi ita ſubſiſtit, vt ab illa non re [a], ſed ratione tantum diſtinguatur.

Natura autem humana eſt à Verbo re diſtincta, quamuis illi perfectè coniuncta.

[a] Concil. Rhemenſe ſub Eugen. III. Concil. Later. ſub Innocet. III. cap. Dam. de ſumma Trinit. & fid. Cath. Conc. Flor. ſeſs. 18. & 19. S. Hilar. lib. 3. de Trin. S. Baſil. lib. 2. contra Eunom. Nazian. orat. 25. 37. & 51. S. Aug. lib. 7. de Trin. S. Cyrill. Alex. lib. 1. Theſau. cap. 1. S. Tho. 1. p. q. 28. ar. 2. q. 29. ar. 3. q. 40. ar. 1. & 3. p. q. 2 ar. 2. Bellarm. lib. 2. de Chriſto cap. 9. Nos ſupra Tract. 1, de Trin. c. 2. q. 2.

OBIICIES TERTIO.

PEr hunc ineffabilem nexum perfectiſſimo modo ſe humanitati communicat Verbũ, quam ita aſſumit, vt poſt illius aſſumptionem humanitatis concretum quod eſt Homo, & Deus verè ſit, & eſſe dicatur.

Hoc autem fieri non poteſt, niſi Verbum vti forma humanitati quam perficit, ac terminat, ita ſe communicet, vt in genere cauſæ formalis illi det eſſe ſuppoſitum, hypoſtaſim, ſeu perſonam.

Eius igitur concreti quod eſt Homo, pars eſſet Verbum. Quod de Deo affirmari non po-

teſt, qui cum ſit per eſſentiam [a] exiſtens, & actus purus, omnem in ſe continens [b] perfectionem, alterius pars eſſe [c] nequit.

Reſpondetur. Verbum naturam aſſumens humanam non eſt pars, aut hominis [d] forma; ſed [e] terminus, qui humanitatem terminando perficit ita, vt idem concretum humanitatis quod eſt homo, ſit etiam Deus.

Qui terminandi modus ſi ad aliquod cauſarum genus referatur, ad cauſam magis formalem, quàm ad aliud cauſarum genus reduceretur: formaliter namque per ſubſiſtentiam eſt vltimò terminata natura humana quantum ſatis eſt ad hoc, vt ſubſtantiale concretum humanitatis quod eſt homo, ſit etiam Deus.

Et quemadmodum non repugnat, vt in genere

[a] Lactan. lib. 2. de origine erroris c. 8. Cyrill. Hieroſol catecheſi 6. Caſsiodor. de Amicitia cap. de orig. Amicitiæ. S. Greg. lib. 16. Moral. cap. 16. Iſidor. lib. 7. Etymol. cap. 1. S. Anſelm. in Proſol. cap. 14. S. Bernard. lib. 5. de conſid. ad Eugen. c. 6. Magiſt. in 1. diſt. 8. S. Tho. 1. p. q. 61. a. 2. 1. Bellar. to. 4. controu. lib. 4. de amiſs. gratię & ſtatu peccati c. 16.

[b] Pſal. 18. & 38. Iſa. 40. Matth. 5. Ioan. 1. Act. 17. Ad Rom. 11. S. Dionyſ. c. 5. de diu. nom. Tertull. Apolog. adu. gen. c. 17. & de iudicio Domini c. 2. Origen. hom. 12. in Gen. & lib. 1. in Iob. S. Cypr. de Idolorum vanit. Lactan. de origine erroris lib. 2. c. 8. Euſeb. Cæſar. de præpar. Euang. lib. 8. cap. 2. S. Athan. in qq. de Deo. S. Hilar. lib. 1. & 2. de Trin. Cyrill. Hieroſol. catecheſi 4. & 6. S. Baſil. hom. in illa verba, In principio erat Verbum. S. Ambr. de Fide cont. Arianos c. 6. Nyſſen. orat. in ea verba, Faciamus homimem. Nazian. orat. 49. S. Hier. ep. 148. ad Marcellam. Prudentius Hymno de S. Romano. Chryſoſt. hom. 17. in Gen. & hom. 4. ad c. 1. Ioan. S. Aug. lib. 5. de Trin. cap. 1. Cyrill. Alex. lib. 1. in Ioan. cap. 9. Theodor. ſer. 2. de Prouid. Petrus Cryſol. ſerm. 61. S. Fulgen. lib. de Fid. ad Petr. c. 33. Beotius lib. 1. de Trin. S. Gregor. lib. 2. in Iob c. 1. Damaſc. lib. 1. orth. Fid. c. 1. 2. & 4. S. Bern. ſerm. 6. & 81. ſuper Cant. S. Tho. 1. p. q. 4. per totam, & q. 11. ar. 3.

[c] Conc. Tolet. 1. in Aſsert. Fidei. Caius Papa ep. ad Felicem Epiſc. Nazian. orat. 35. S. Aug. ſer. 58. in Ioan. de verbis Domini, & ſerm. 191. de temp. S. Cyrill. Alex. de recta Fide ad Reginas, cap. Quod Ieſus Chriſtus vnus ſit Dei Filius & Dñs, & ep. 8. ad Neſtorium. Vincentius Lyrinenſis adu. hæreſes c. 9. S. Leo ſer. 1. de Natiu. c. 2. & ſer. 3. de Paſs. c. 1. S. Fulgent. lib. 1. ad Traſimundum c. 20. Boet. lib. de duab. in Chriſto nat. & vna perſona. Caſsiod. ad Pſal. 2. in concluſ. & ad Pſal. 8. S. Greg. lib. 18. in Iob c. 27. Iſidor. Hiſpal. de doctrina & Fide Eccleſiaſticorum dogmatum cap. 2. & lib. 7. Originum cap. 2. S. Damaſc. lib. 3. orthod. Fid. cap. 2. & 3.

[d] S. Thom. 3. p. q. 2. ar. 5. ad 3. & q. 50. ar. 2. ad 3.

[e] S. Thom. 3. p. q. 3. ar. 1. & ſeqq.

nere cauſæ formalis tanquam [a] exemplar, & Idea det rebus omnibus eſſe Deus; ita per ſubſiſtentiam ſuam vti purus [b] terminus humanæ naturæ dans ſubſiſtere Verbum, nihil impedit quominus poſſit in genere cauſæ formalis aliquo modo alienam terminare naturam.

Quòd quomodo fiat, tunc clarè intelligemus, cum apparuerit [c] gloria Domini.

Nec dedignari debet Homo in mortali carne exiſtens id ſe clarè [d] non intueri, de quo tanquam neſcientes in Pſalmo 23. introducuntur Angeli [e] interrogare, Quis eſt iſte Rex gloriæ? & de quo edoceri ab Eccleſia Angelos [f] Apoſtolus aſſerere non veretur, in quo tot, tantaq; arcana continentur, vt de illis vſque in diem iudicij erudiri, atque edoceri poſſe beatas mentes non temerè [g] proferatur.

In cuius meditatione, atque contemplatione ſi ſemper perſiſteret Homo, non diutius quàm tanti myſterij ratio exigit, moraretur.

Non enim huius ineffabilis [h] nexus, quo humana natura coniungitur Verbo, vlla poteſt eſſe contemplatio, quæ non referatur ad Verbum, in quo infinitus eſt ſcientiæ, atque ſapientiæ diuitiarum [i] theſaurus.

[a] Eccleſ. 17. Ioan. 1. Ad Hebr. 11. S. Aug. tract. 2. in Io. de natura boni cont. Manichęos, & lib. 83. qq. q. 46. Boet. lib. 3. de conſol. Metro 9. S. Tho. 1. p. q. 15. per totam, & q. 18. ar. 4. Nos ſupra Tract. 1. de Deo vno c. 1. & 11.

[b] S. Tho. 3. p. q. 3. ar. 1. & deinceps.

[c] 1. Ioan. cap. 3.

[d] Pſ. 23. Iſa. 53. & 63. Matth. 16. 1. Cor. 2. ad Epheſ. 3. S. Dionyſ. c. 2. de diu. nom. 3. p. in fine. Origenes lib. 2. Periarchon cap. 6. Nazian. in orat. panegyr. de Chriſti Natiu. Nyſſen. cap. 11. orat. catecheticæ. S. Aug. ep. 3. ad Voluſianum. Cyrill. Alex. lib. 8. cont. Iulian. S. Leo ſerm. 3. de Natiu. Domini.

[e] Iſa. cap. 63. S. Dionyſ. cap. 7. cæleſt. Hierar. S. Hieron. in Pſ. 23. in cap. 63. Iſa. & in c. 3. ad Epheſ. Mag. in 2. diſt. 12. S. Tho. 1. p. q. 57. ar. 5. & q. 106. ar. 4. in 3. arg.

QVÆ-

[f] Ad Epheſ. c. 3. S. Hieron. in c. 3. ad Epheſ. S. Cryſoſt. hom. 7. in cap. 3. ad Epheſ. S. Anſel. in c. 3. ad Epheſ. [g] S. Tho. 1. p. q. 106. ar. 4. ad 3. [h] S. Dionyſ. c. 1. & 2. de diu. nom. & ep. 4. ad Caium. S. Aug. ep. 3. ad Voluſianum. S. Cyrill. Alex. ep. 8. ad Neſtorium. S. Maxim. ſerm. de Natiu. S. Greg. lib. 18. Moral. cap. 27. & hom. 7. in Euang. Agatho Papa epiſt. ad Conſtantinum, Heraclium, & Tiberium.
[i] Eccleſ. 1. Iſa. 11. Ad Epheſ. 1. Ad Coloſ. 2.

QVÆRITVR II.

An Deum carnem ſumere conueniens fuerit?

EVidenti conſequentia ex dictis ſuperiori quæſito deducitur, Verbum carnem ſumere, & per conſequens Deum Hominem fieri potuiſſe, quemadmodum à Spiritu Sancto per Scripturas [a], ac traditiones edocta Eccleſia [b] credit; cuius veritatis magiſtrum etiam Chriſtum Dominum habuit, qui non ſolum doctrina, ſed & virtutibus, ſignis, atque operibus quæ nemo alius, niſi in [c] virtute eius

[a] Gen. 3. 12. 17. 22. & 49. Num. 24. Deut. 18. 1. Reg. 2. 2. Reg. 7. Pſal. 2. 21. & 109. Iſa. 7. 9. 11. 28. 42. 49. 53. 61. & 62. Ierem. 23. Ezech. 34. Mich. 5. Aggæi 2. Zach. 2. 3. & 9. Matth. 1. 2. 3. 4. 7. 8. 10. 11. 14. 16. 17. 22. 24. 27 & 28. Marci 1. 5. 8. 9. 15. 16. & deinceps. Luc. 1. 2. 3. 4. 7. 8. 9. & ſeqq. Ioan. 1. 2. 3. per totũ. Act. Apoſt. c. 1. 2. 3. & ſeqq. Ad Rom. 8. 9. &c. 1. Cor. 2. & 5. 2. Cor. 4. & 5. Ad Galat. 3. & 4. Ad Philip. 2. Ad Coloſ. 1. & 3. 1. Timot. 2. 2. Timot. 2. & 4. Ad Hebr. c. 1. & ſeqq. 1. Ioan. 1. 2. &c. 1. Petr. 2. Apoc. c. 1, & deinceps. Symbol. Apoſtol. Symbol. Eccleſiæ.

[b] Conc. Nicænum 1. Gener. in Symbolo. Conc. 1. Conſtantinop. 2. Gener. in Symbolo. Conc. Epheſ. per totum. Conc. Chalced. per totum. Quinta Synodus Gener. in Symbolo, & can. 4. 5. & 6. Sexta Synodus Gener. in Symb. act. 4. & alibi ſæpiſsimè. Septima Synodus Gener. in Symbolo. Octaua Synodus Gener. act. 8. c. 20. act. 9. c. 3. & act. 10. in fine. Conc. Later. ſub Innoc. III. cap. Firmi. Conc. Trid. ſeſs. 3. 5. 6. 7. 13. 14. &c. Conc. Tolet. 1. in Aſſertione Fidei. Conc. Hiſpalenſe 11. cap. 13. Concil. Tolet. 4. cap. 1. Conc. Tolet. 6. c. 1. Synodus Later. ſub Martino I. conſult. 5. cap. 2. Conc. Arelat. 4. in confeſſ. Fidei. Conc. Vuormatienſe in confeſs. Fidei. Felix Papa epiſt. ad Maximum Epiſcopum Alexandrinum. Eutychianus Papa epiſt. ad Ioannem, & Epiſcopos Bæticæ. Caius Papa epiſt. ad Feſicem Epiſcopum. Iulius Pontifex epiſt. ad Proſdocium. S. Damaſus in profeſsione Fidei ad Paulinum Theſſaloñ. Epiſcopum. Leo Magnus epiſt. 10. ad Flauianum c. 4. Hormiſda Pontifex epiſt. 76. ad Iuſtinum Imp. Ioannes Papa XI. epiſt. 3. ad Auienum, Liberium, &c. de duabus in Chriſto naturis. Gregor. Magnus hom. 25. in Euang. Agatho epiſt. ad Conſtantinum, Heraclium, & Tiberium Auguſtos. Adrianus I. ep. ad Epiſcopos Galliæ de errore Eliphandi Toletani Epiſcopi. Leo Nonus epiſt. ad Petrum Antiochenum.

[c] Pſal. 105. Marci 6. Lucæ 6. Ioan. 14. Ad Galat. 3. S. Aug. tract. 71. in Ioan. S. Leo ep. 10, ad Flauianum. S. Tho. 1. p. q. 110. ar. 4. & 3. p. q. 43. ar. 1. 2. 3. & 4.

eius effecit, veritatem hanc ita confirmauit, vt ab ipſa recedere non ſapere ſit, ſed deſipere.

Ad quam veritatem melius intelligendam,

Quærunt Theologi, An conueniens fuerit Deum incarnari; quibuſcum

Reſpondetur, dicendum, Verbum incarnari, ſeu quod idem eſt, Hominem fieri, conueniens [a] fuit.

Probatur, diuinæ naturæ, cuius eſſentia eſt bonitas [b], perfectiſsimo modo ſe communicare congruum eſt.

Sed hoc ineffabili myſterio perfectiſsimo modo creaturæ ſe communicat Deus.

Conueniens igitur fuit Deum carnem ſumere, & Hominem fieri.

Cumque

[a] Ad Epheſ. Tertull. in lib. de carne Chriſti. Clemens Alex. lib. 1. Pedag. cap. 3. Origenes lib. 3. cont. Celſum. S. Cypr. lib. de cardinalibus Chriſti operibus cap. de Natiu. Chriſti. S. Athan. lib. de Incarnat. Verbi, & in orat. ad Adelphium cont. Arianos. S. Baſil. hom. de principio Euang. S. Ioan. in fine, & lib. 5. con. Eunom. ante med. Nazian. orat. 42. S. Amb. lib. de Incarnat. Dom. ſacram. c. 7. Nyſsen. orat. de Natali Chriſti, & in orat. catechet. cap. 24. 25. & 26. Chryſo. hom. in c. 1. Ioan. S. Auguſt. lib. 13. de Trinit. c. 17. & lib. 15. c. 11. in Manuali c. 25. & 26. Tract. 80. in Ioan. & lib. de Prædeſt. Sanctorum c. 15. Theodor. lib. de curand. affect. Græcorum. S. Leo ſerm. 1. de Natiu. S. Damaſc. lib. 3. orth. Fid. in princ. & cap. 17. & orat. de Transfig. Domini in fine. S. Anſel. in lib. de Incarn. Verbi, præſertim cap. 4. & lib. 2. cur Deus Homo cap. 9. S. Bernard. ſerm. 1. de Aduentu. S. Tho. 3. p. q. 1. ar. 1. & q. 3. ar. 8. S. Bonau. in 3. diſt. 1. art. 2. q. 1.

[b] Num. 23. 1. Reg. 2. Sapient. 7. 2. Machab. 1. Matth. 19. Marci 10. Lucæ 18. S. Dionyſ. c. 1. 2. & 4. de diu. nom. Origenes lib. 1. in Iob. Euſeb. Cæſar. lib. 8. de præpar. Euang. c. 2. S. Athan. de Incarn. Verbi, & orat. con. Idola. Cyrill. Hieroſol. catech. 6. S. Baſil. hom. quod Deus non eſt auctor malorum, hom. de Fide, & lib. 4. cont. Eunom. Nazian. orat. 4. de Theologia, quæ eſt 36. & orat. 49. S. Epiphan. hæreſi 69. S. Ambr. lib. 1. de Fid. cap. 2. & lib. 2. c. 1. S. Hieron. in c. 3. ad Epheſ. & ad c. 19. Matth. Chryſoſt. lib. 1. de Prouid. Dei circa medium, in Pſal. 106. hom. 50. ad Populum Antioch. & in c. 19. Matth. S. Auguſt. lib. 1. de Trin. c. 2. lib. 5. c. 1. lib. 8. c. 3. de natura boni cont. Manichæos. lib. 7. Confeſs. cap. 11. lib. 11. de Ciuit. Dei cap. 18. & lib. 14. cap. 13. S. Leo Magnus ep. 93. decret. c. 5. & 6. & ſerm. 2. de Natiu. c. 1. S. Proſper Epigram. 60. Caſsiod. de Amicitia cap. de orig. Amicit. Boetius lib. 3. de conſol. proſa 10. S. Greg. hom. 14. in Euang. Iſidor. lib. 1. de ſum. bono c. 1. & ſeqq. Beda ad c. 8. Ioan. Damaſc. lib. 1. orth. Fid. cap. 1. & 2. & lib. 2. c. 29. S. Anſel. in Monol. c. 4. & in Proſol. cap. 14. S. Bernar. ſerm. 1. ſuper Salue Regina, & lib. 5. de conſid. cap. 11. & 12. Magiſt. in 1. diſt. 36. & 37. S. Tho. 1. p. q. 6. per totam, & 3. p. q. 1. ar. 1. q. 20. ar. 1. & q. 46. ar. 2. ad 3. S. Bonau. in 2. diſt. 5. ar. 1. q. 2. Bellarm. tom. 1. controu. lib. 1. de Chriſto c. 8.

Cumque non minus per eſſentiam ſit[a] potens Deus, quàm bonus; dexteræ ſuæ potentiam in hoc opere demoſtrauit, in quo infima ſupremis ita coniunxit, naturam nempè humanam diuinæ in vnitate ſuppoſiti, hypoſtaſeos, atque perſonæ, vt verè de Deo dici poſsit, & Homo factus eſt; & de hoc Homine, qui eſt Chriſtus verè etiam dici poſsit, eſt Deus.

Quod opus cum non magis diuinam bonitatem, atque potentiam quæ eſt eius ſempiterna virtus, quàm ſapientiam manifeſtet, quæ difficillimi[b] pretij decentiſsimam inuenit ſolutionem;

Dicendum eſt, congruum[c] fuiſſe ad redimendum genus humanum, Deum Hominem fieri, vt miſericordiam cum iuſtitia coniunctam, ſicut ex infra dicendis patebit, demonſtraret.

Neque huic veritati obſtat, quod finiti[d] ad infinitum nulla ſit proportio; & per conſequens nulla congrua coniunctio; qualis nec etiam congrua eſt, ſi quæ diuerſæ ſunt ſpeciei propria, ſimul nectantur; vt ſi quis Pictor humano corpori

a Gen. 1. 17. 18. 28. 35. 43. 48. & 49. Exod. 15. Num. 11. 2. Paralip. 14. Pſalm. 70. 105. 134. 135. 138. 144. & 148. Ierem. 23. & 32. 2. Machab. 1. & 8. Matth. 19. Marci 14. Lucæ 1. Ioan. 1. ad Rom. 9. ad Eph. 3. ad Philip. 3. Symbol. Apoſtol. Symbol. quo Eccleſia vtitur. Symb. Athan. Conc. Nicænũ, Conſtantinop. Epheſ. & Chalced. in Symb. Conc. Tolet. 6. in cõfeſs. Fid. Conc. Later. ſub Innoc. iij. c. Firm. S. Dionyſ. c. 5. de diu. nom. Tertull. de Iudicio Domini cap. 2. & adu. Praxeam c. 10. Cyprian. epiſt. 81. de tribus pueris Dan. 3. Lactan. de ira Dei c. 11. & 13. S. Hilar. in Pſal. 134. & lib. 8. & 12. de Trinit. Nyſſen. orat. 3. de Reſurrect. Cyrill. Alex. lib. 11. in Ioan. cap. 1. Petrus Chryſ. ſer. 61. S. Fulgent. lib. 1. ad Monimum cap. 12. S. Tho. 1. p. q 25. ar. 3. & 3. p. q. 13. ar. 1. & 2. & q. 46. ar. 1. in 1. arg.

b Nyſsen. in orat. catechetica c. 24. 25. & 26. S. Damaſc. lib. 3. orthod. Fid. in princ. S. Tho. 3. p. q. 1. ar. 2.

c S. Irenæus lib. 5. c. 1. S. Athan. lib. de Incarn. Verbi in princ. S. Aug. in Enchir. cap. 29. lib. de vera Relig. cap. 16. lib. 13. de Trinit. cap. 10. & ſerm. 13. de tempore. Theodor. lib. 6. de Prouid. Diuina cont. Græcos. S. Leo ſerm. 2. de Natiuit. ſer. 5. 12. & 24. de Paſsione Domini, & ep. 10. cap. 3. S. Gregor. lib. 4. Moral. cap. 9. S. Anſel. lib. 5. cur Deus Homo c. 16. & 17. S. Bernar. ſerm. 1. de Aduentu. Magiſt. in 2. diſt. 21.

d S. Tho. 3. p. q. 1. ar. 1. in 2. arg. & ad 2. S. Bonau. in 3. diſt. 1. ar. 1. q. 1. Scot. in 3. diſt. 1. q. 1. in principio.

pori cerui adiungeret caput, incongruè videretur pingere; & deficere, ac peccare diceretur natura ſi tale produceret monſtrum.

Nam finiti [a] ad infinitum nulla eſt proportio talis, qua multiplicatum finitum poſſit infinitum æquare.

Verum finiti ad infinitum poteſt eſſe illa proportio [b], qua finitum ab infinita virtute produci poſsit, & conſeruari, atque ab illa recipere quamcunque perfectionem cum qua poteſt coniungi; ſiue quod recipit connaturale ſit, ſiue etiam ſupernaturalis ordinis, qualia ſunt ſupernaturalia dona gratiæ, atque virtutum, quibus intelligens, ſeu rationalis natura in ſupernaturalem ſuum ducitur finem [c] qui eſt gloria; qua recepta cum nihil deturpans, ſed decorem addens, atque ſplendorem recipiat, non monſtrum, ſed perfectum Dei opus dicitur: quod ſi vſque ad miraculum, & in infinitum etiam augeatur, & decor creſcit, & pulchritudo, & ſplendor.

Nec quod à Deo fit qui eſt ſua ſapientia [d], & virtus, aut monſtruoſum, aut ab intento fine poteſt eſſe deficiens.

[a] Scot. in 3. diſt. 1. q. 1. §. Ad Argumenta circa medium.
[b] S.Tho. 3. p. q. 1. ar. 1. ad 2.
S.Bonau. in 3. diſt. 1. ar. 1. q. 1. in Reſolut.
Scot. in 3. diſt. 1. q. 1. §. Ad Argumenta, & in qq. Quodlib. q. 19.
[c] S.Tho. 1. p. q. 12. ar. 4. & 5. q. 26. ar. 3. & 4. q. 62. art. 2. & p. 2. q. 5. ar. 5. q. 91, ar. 4. in corp. & ad 3. & q. 109. ar. 5. ad 3.
[d] Eſther 14. Iob 21. & 28. Pſal. 138. Eccleſ. 23. & 24. Sapien. 8. Eccleſ. 42. Dan. 13. ad Rom. 11. ad Coloſ. 2. ad Heb. 4 1. Ioan. 3.
Ariſt. lib. 12. Meth. tex. 36. & ſeqq. lib. 10. Ethic. cap. 8.
S. Athan. in qq. de Deo.
Cyrill. Hieroſol. catecheſi 6. de Deo.
S. Baſil. in Pſal. 32.
Nazianz. in Apolog. orat. 1. & Iambico 15. de Definit.
Nyſſen. diſp. de Anima, & reſurrect.
S. Hieron. in c. 3. Eccleſiaſten cap. 3.
S. Auguſt. lib. 7. de Trinit. cap. 7. & lib. 6. de Gen. ad lit. cap. 20. & ſeqq.
Cyrill. Alexan. de adoratione in ſpiritu lib. 6. & 9. Theodor. in Pſal. 138.
S. Fulgent. de Fid. ad Petrum cap. 33. Boet. lib. 3. de conſol. metro 9.
Caſſiodor. de Amicitia cap. de origine amicitiæ.
Iſidor. Hiſpal. de Vniuerſitatis diſpoſitione c. 1. Damaſc. lib. 1. orthod. Fid. c. 2.
S. Anſel. in Proſol. c. 14. S. Tho. 1. p. q. 14. ar. 1. & ſeqq. & 3. p. q. 9. ar. 1. ad 1.

Sicut contra in naturæ [a] operibus, atque artis vitia, & peccata reperiuntur.

Quod ſi interdum etiam Deus [b] monſtra producat;

Non eſt ex defectu ſapientiæ, virtutis, ſeu potentiæ; ſed diuini conſilij, atque prouidentiæ [c] opus, quo vult aut terrere homines Deus, vt reſipiſcant à malo; vel pœnis torquere eos qui miſericordiam eius contemnentes, eiuſdem iuſtitiæ iudicium experiri debent.

Et hæc de ijs quæ à ſolo Deo fiunt.

Nam cum cauſis ſecundis deficientibus concurrens Deus, abſque vllo virtutis defectu ad monſtra producenda concurrit iuxta cauſarum ſecundarum exigentiam, potens, & paratus concurrere ad omnes naturæ, ac cauſarum ſecundarum effectus [d]; in quibus nullus reperitur defectus.

Cum igitur per vnionem hypoſtaticam perfectiſſimo modo natura humana coniungatur Deo; hypoſtatica vnio & naturæ humanæ, & Verbo congrua erit.

Conueniens enim eſt cauſam perficere effectum, & vice verſa, effectum a cauſa perfici.

Et in artis operibus quæ vnius ſunt generis perfici, & ornari per ea quæ ſunt ſuperioris naturæ,

Ariſt. lib. 2. Phyſ. tex. 82.
[b] S. Dionyſ. c. 4. de diu. nom. Lactan de ira Dei c. 13. S. Aug. lib. 83. qq. q. 24. & in Enchir. cap. 11.
[c] Boet. lib. 3. de conſol. Proſ. 12. S. Tho. 1. p. q. 22. ar. 2. ad 2. q. 49. art. 2. q. 103. ar. 5 & ſeqq. Nos ſup. tract. 1. c. 15. de Prouid.
[d] Eſther 15. Iob 9. Pſal. 103. & 148. Sap. 6. 8. 11. 13. & 14. Matth. 10. & 13. Ioan. 5. Act. 17. Ad Rom. 11. Ad Coloſ. 1. Ad Hebr. 1.
S. Dionyſ. cap. 12. de diu. nom. Iuſtinus in Dialogo cum Triphone. Irenęus lib 2. cap 45. Clemens Alex. lib. 1. ſtrom. ante medium. Orig. hom. 3. in Gen. & lib. 1. con. Celſum. Hilar. in Pſal. 146. S. Athan. lib. de Incarn. Verbi. Euſeb. lib. 6. de præpar. Euang. c. 5. & 6. Cyrill. Hier. catec. 8. S. Baſil. hom. in Pſ. 48 S. Ambr. lib. 1. de Officijs c. 13. 14. & 15. S. Hier. in c. 32. Ier. Chryſoſt. hom. 9. & 10. ad populum Antiochenum.
S. Aug. lib. 4. ſup. Gen. ad lit. cap. 12. lib. 5. cap. 21. & lib. 1. & 2. de ordine. Boet. lib. 3. de conſol. metro 9. S. Greg. lib. 4. Moral. cap. 16. & lib. 16. cap. 18. S. Tho. 1. p. q. 22. per totam, & q. 103. ar. 1. & ſeqq.

turæ, paſsim videmus; ſtamnum enim, & aes auro [a] ornantur; accipiuntque decorem ex coloribus tabulæ, atque parietes.

Nec etiam rerum quæ poſſunt a Deo fieri menſura eſt intellectus humanus [b], qui cuique maxime obuia, & familiaria an ſint, in dubium ſæpè reuocat, vt motum [c] quidam negare auſi ſunt, quo nihil ſenſibus notius; apparenti quadam ratione conuicti.

QVAERITVR III.

An Verbum carnem ſumere ad Redimendum Hominem a peccatis neceſſarium fuerit.

NOn quærimus hîc, vt ex quæſito patet, num ſimpliciter, & abſolutè neceſſarium fuerit Verbum carnem ſumere, & Hominem fieri.

Liberè [d] namq. efficit quicquid extra ſe operatur

[a] Conc.Tolet.15.in Symb.Fid. §. B.enim Cyrillus in fine.

[b] 1. Corint. 2. Ad Epheſ. 3. Ad Coloſſ. 1. S. Dionyſ.epiſt.4. ad Caium. Euſeb. Cæſar. lib. 5. demonſt.Euang.c.4. lib.6.cap.1. & lib.7. cap. 1. S.Amb.in c.2. poſterioris ep. ad Corint. & lib. 1. de Fid. ad Gratianum c.5. S.Hieron.in c.45.Iſa. Chryſoſt. hom. 2. in Matt. hom.10.in Io. & hom.4. in id; Inuenta eſt in vtero. S.Aug. ep. 3. ad Voluſianum. & lib. 10. de Ciuit.c.19. Cyrill.Alex. lib. de Fide ad Theod.lib.5. in Ioan.c.2. & lib.de Incarn.Vnigeniti c.7. Theodor.in Dialogo, Inconfuſus. S. Leo ep.10. & 11. & ſerm.8.de Natiuit. S.Gregor. hom.7. in Euang. Damaſc.lib. 3.orth.Fid. cap.1.

[c] Zeno apud Ariſtotel.lib.6.Phyſ.ſum.5. c.1. a tex.75.

Reſpondetur. Argumentum hoc ſupponere videtur, quæ prius à Deo intenta ſunt opera, etiam in executione prius eſſe futura.

Quod tamen vulgato Axiomati Philoſophorum [c] repugnat, dicentium.

Quod eſt prius in intentione, eſt poſterius in executione. quod & experientia in omnibus naturæ operibus, atque artis confirmatur.

Ars namque & Natura cum prius perfe-
ctum

[a] Geneſ. c.2.
[b] Matth. 19.
Tertull. de Anima c. 11. & 21. lib. 3. contra Marcionem c. 5. & lib. 5. cap. 18.
Origen. hom. 7. ſuper Matth.
S. Epiphan. hęreſi 48.
S. Ambr. in c. 2. Gen.
S. Hieron. in cap. 5. ad Epheſ.
S. Chryſoſt. hom. 20. in ep. ad Epheſ.
S. Aug. ſerm. 2. de Natiuit. tract. 9. in Ioan. lib. 1. de Gen. ad lit. cap. 1. & lib. 9. c. 19.
S. Proſper lib. 1. de promiſs. & prædict. Dei p. 1. c. 1.
S. Leo epiſt. 22. circa finem.
S. Bernar. ſerm. 6. in vigil. natiu. Domini, & ſerm. 2. Septuageſ.
Philippus Solit. lib. 3. Regulæ rei Chriſtianæ ad Callinicũ Monacum cap. 3. tom. 12 mag. Bibliot. vet. Patrum p. 1.
S. Tho 3. p. q. 1. ar. 3. in 5. arg.

[c] Ariſt. lib. 2. Phyſic. tex. 78. & 83.
S. Tho. 1 p. q. 5. ar. 4. & p. 2. q. 1. ar. 4. q. 18. ar. 7. ad 2. & q. 20. art. 1. ad 2.

aſſumere humanam ad ſubſiſtendum ſubſiſtentia Verbi. Quod opus ſi Deus in aliud quàm in ſe ipſum tanquam in vltimum retuliſſet finem, defeciſſet.

Non defeciſſet tamen ſi tantum beneficium in humanum genus quod morte dignum erat, non contuliſſet; nec defecit ex eo quod hoc opus, in quo tanta dignitas erat, ad oſtendendum bonitatis ſuæ theſaurum in ſalutem hominis tanquam in ſecundarium finem retulerit.

Nam propter noſtram ſalutem de cælo deſcendiſſe creditur [a] Deus: qui ſi ob aliam cauſam, vt in argumento petitur, deſcendiſſet de cælis, nihil alienum a ſua bonitate, ſed maximè congruum operatus fuiſſet; nec in alium quàm in ſe ipſum vt in vltimum finem referre poterat.

[a] Ioan. 1. & 3. Ad Galat. 4. Symb. Apoſtolorum. Symbolum Eccleſiæ. Symb. S. Athanaſij. Catechiſmus Romanus in expoſit. Act. 4. Symbol. Apoſt. S. Hippolytus Epiſc. Portuenſis contra Beronē, & Helicen hæreticos de Theologia & Incarnat. cap. 2. tom. 3. mag. Bibliot. veterum Patrum, & hom. de Deo Trino, & vno, & de Incarn. contra Noetum. Hymnus SS. Ambroſij, & Auguſtini. S. Auguſt. tract. 12. in Ioan. & lib. 4. de Trinit. c. 3. S. Leo ſerm. 1. de Natiuit. S. Tho. 3. p. q. 1. ar. 3. 4. & ſeqq. q. 48. ar. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. q. 49. art. 1. & ſeqq. q. 59. art. 1. & 6.

OBIICIES QVARTO.

Ex Scripturis colligi poſſe videtur in mente diuina prius non quidem natura, ſed ratione noſtri modi concipiendi, ac rationis ſigno Chriſtum Dominum fuiſſe prędeſtinatum Eccleſiæ ſponſum, quàm eſſet præuiſum Adæ peccatum.

Ab initio namque creaturæ ante Adæ peccatum ſtatim ac fuit ædificata in mulierem coſta quæ ex Adam ſumpta fuerat, dictum eſt ab

Adam

Adam[a]. Hoc nunc os ex oſsibus meis, & caro de carne mea, &c.

Quem locum ad Epheſios quinto interpretans Apoſtolus, dixit. Sacramentum hoc magnum eſſe in Chriſto[b], & Eccleſia.

Cum igitur quæ ſunt ante peccatum Sacramentum ſint, & ſignum aduentus Domini in carne, ſufficientem habemus rationem concipiendi ante peccatum Chriſtum Dominum fuiſſe prædeſtinatum.

Eo enim modo in mente diuina ſunt ab æterno præordinatæ, atque diſpoſitæ res, quo modo illas in tempore efficit Deus.

Sed ante peccatum fuit Sacramantum aduentus Domini in carne.

Ergo & ante peccatum fuit a Deo præuiſus atque diſpoſitus.

Igitur etiam ſi Adam non peccaſſet Verbum carnem ſumpturum fuiſſet.

Reſpondetur. Argumentum hoc ſupponere videtur, quæ prius à Deo intenta ſunt opera, etiam in executione prius eſſe futura.

Quod tamen vulgato Axiomati Philoſophorum[c] repugnat, dicentium.

Quod eſt prius in intentione, eſt poſterius in executione. quod & experientia in omnibus naturæ operibus, atque artis confirmatur.

Ars namque & Natura cum prius perfe-

ctum

[a] Geneſ. c.2.
[b] Matth.19.
Tertull. de Anima c. 11. & 21. lib.3. contra Marcionem c.5. & lib.5.cap.18.
Origen.hom.7.ſuper Matth.
S.Epiphan.hęreſi 48.
S.Ambr. in c.2.Gen.
S. Hieron. in cap.5. ad Epheſ.
S.Chryſoſt.hom.20. in ep.ad Epheſ.
S.Aug.ſerm.2.de Natiuit. tract.9.in Ioan. lib.1.de Gen. ad lit. cap.1. & lib.9.c.19.
S.Proſper lib.1.de promiſs. & prædict. Dei p.1.c.1.
S.Leo epiſt.22. circa finem.
S.Bernar.ſerm.6. in vigil. natiu. Domini, & ſerm.2.Septuageſ.
Philippus Solit.lib.3. Regulæ rei Chriſtianæ ad Callinicũ Monacum cap.3.tom.12 mag. Bibliot. vet.Patrum p.1.
S.Tho 3.p.q.1.ar.3. in 5. arg.

[c] Ariſt.lib.2.Phyſic. tex.78.& 83.
S.Tho.1 p.q.5.ar.4. & p.2.q.1.ar.4.q.18. ar.7.ad 2. & q.20. art.1.ad 2.

ctum opus intendant, quod imperfectum eſt exequuntur primò.

Quod ſi dicas. Vim argumenti in eo ſitam eſſe, quod Chriſtus Dominus præſignatus fuerit eo Sacramento, ac ſigno quod præceſsit peccatum, quale fuit Adam, & Euæ coniugium.

Igitur ſignum eſt ante peccatum præuiſum prædeſtinatum fuiſſe Chriſtum.

Hæc quæ additur inſtantia non neceſſariò efficit, quod volunt ij qui ſic argumentantur. Nam ſi quis in aliquo rationis ſigno [a] concipiat prius decreuiſſe Deum cum ijs naturæ, ac gratiæ donis producere Hominem, quibus ęternam conſequi poſſet beatitatem; deinde in alio ſigno vidiſſe Deum, futurum fuiſſe vt per peccatum ab ea iuſtitia cum qua conditus fuerat Homo, recederet; & in tertio rationis ſigno intelligamus decreuiſſe Deum redimere ab iniuſtitia, iniquitate, ſeu peccato Hominem per Chriſtum Dominum: intelligemus etiam quomodo Deus poſt caſum Adæ præuiſum, Redemptorem dare decreuerit.

[a] Ex Scot. in 3. diſt. 19. q. 1. §. Quantum ad primum.

Hæc enim rationis ſigna iuxta modum, quo Homo diuina concipit, plura, aut pauciora eſſe poſſunt.

In quibus diſtinguendis ea eſt adhibenda cautio, ne quid contra Fidem dicatur: quod & in diuinis Notionibus multiplicandis admonuit S. Thom. 1. p. quæſt. 32. ar. 4.

Poteſt

Poteſt igitur intelligi ab æterno Deus in aliquo rationis ſigno, ad oſtendendum bonitatis ſuæ theſauros, poſt caſum Adæ præuiſum decreuiſſe mittere vnigenitum ſuum ad redimendum Hominem a peccatis; quamuis aliquod in executione Chriſti Domini Sacramentum Adę peccatum tempore præceſſerit.

Sicut & multi effectus aduentus Domini eum præceſſerunt.

Salus [a] namque Patriarcharum, & eorum omnium qui ante Chriſtum a peccatis liberati fuerunt, per eundem Chriſtum Dominum facta eſſe creditur.

Nec qui ab initio mundi creati fuerunt homines,

[a] Pſal. 15. & Pſal 67. ex Apoſt. ad Eph. 4. Eccleſ. 24. Zachar. 9. Oſeæ 13. ex S. Aug. ſerm. 137. de temp. & S. Gregor. lib. 12. Moral. cap. 8. Ioan. 10. & 12. ex S. Greg. hom. 22. in Euang. & Ioan 14. Act. 2. ex S. Ambroſ. lib. 3. de Fid. cap. 5. & S. Aug. ep. 99. ad Epheſ. 1. ad Phil. 2. ad Coloſ. 2. ad Hebr. 9. & 10. ex S. Chryſoſt. hom. 15. in c. 9. & hom. 18. in c. 10. ad Hebr. 1. Petr. 3. ex S. Athan. in epiſt. ad Epictetum, S. Hilario in illud Pſal. 118. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, S. Epiphanio hæreſi 87. & Cyrillo Alexan. lib. 12. in Ioan. cap. 36. lib. 1. de Fid. ad Reginas poſt medium, & lib. de Fid. ad Theodoſium circa medium. 1. Ioan. 3. Concil. Epheſ. 3. p. cap. 22. & in Symbolo circa medium. Conc. Tolet. 4. can. 1. S. Ignatius in ep. ad Trallianos. Irenæus lib. 4. contra Hæreſes cap. 45. & lib. 5. c. 31. Tertull. lib. 2. contra Marcionem cap. 4. & in lib. de Anima cap. 2. Clemens Alexan. lib. 6. ſtromatum circa medium. Origen. hom. 15. in Gen. & ad c. 5. epiſt. ad Romanos. S. Cyprian. lib. 2. ad Quirinum cap. 27. S. Athan. in lib. de Incarnat. Chriſti circa medium, de ſalutari Chriſti aduentu, & hom. de ſemente. S. Hilar. lib. 10. de Trinit, & in Pſal. 53. Cyrill. Hieroſol. catecheſi 4. & 14. S. Baſil. in Pſal. 44. & concione 13. in Pſal. 48. Nazian. orat. 2. de Paſcha, & orat. 3. de Theologia. S. Epiphan. hæreſi 46. contra Tatianos, & hæreſi 69. contra Arianos. Nyſſen. orat. 1. in Seruatoris Chriſti reſurrectionem. S. Ambroſ. in lib. de Incarnat Domin. ſacram. c. 5. & lib. 3. de Fide cap. 3. S. Hieron. in c. 13. Oſeæ, & in c. 4. ad Epheſ. ep. 129. ad Dardanum, dialog. 1. contra Pelag. & in cap. 9. Zachar. Chryſoſt. ſerm. 5. de Reſurr. & hom. 4. in Marcum. S. Aug. lib. 12. ſuper Gen. ad lit. c. 33. & 34. lib. 19. contra Fauſtum c. vlt. & lib. 1. Retract. c. 22. Cyrill. Alex. ad Theodoſium Imperatorem de recta in Deum fide. Theodor. dialog. 3. S. Greg. lib. 13. Moral. c. 15. 16. & 20. & hom. 22. in Euang. S. Damaſc. lib. 3. orth. Fid. c. 29. orat. de Transfig. Domini, orat. de Paſchate, & orat. de Fidelibus defunctis. S. Anſelm. lib. 2. cur Deus Homo cap. 16. S. Bernar. ſerm. 75. ſuper Cant. & ep. 98. Magiſt. in 3. diſt. 18. & in 4. diſt. 1. & 2. S. Bonau. in 3. diſt. 18. 19. & 22. Scot. in 3. diſt. 19. q. 1. & in 4. diſt. 2. & 45. q. 1 art. 3. in fine.

mines, Redemptore caruerunt, qui in fide [a] venturi Meſſiæ ſaluabantur.

In quo cum tot, tantaque Sacramenta [b] ſint abſcondita, quot capere humana mens non eſt ſufficiens:

Vt aliquam de hoc ineffabili myſterio explicitam habeamus cognitionem, qualem viator Homo per fidem habere poteſt;

De modo vnionis per quem diuina atque humana natura in vnitate perſonæ coniunctæ ſunt, agere incipiemus, ad alia conſequenter explicanda progreſſuri, quæ tanti Sacramenti cognitionem adiuuare poſſunt.

C A-

a Ad Hebr. 11. ex S. Anſel. in eundem locum.
S. Thom. 3. p. q. 49. ar. 5. ad 1. q 52. ar. 5. ad 2. art. 7. ad 1. & art. 8. ad 3.

b Conc. Epheſ. 1. p. cap. 8. & 3. p. c. 10. Catechiſmus Romanus in proœmio, & in explicatione Art. 2. & 3. Symboli Apoſtolorum.
S. Hippolytus Martyr Epiſcopus Portuenſ. de Theologia, & Incarnatione contra Beronem, & Helicen hæreticos cap. 1. tomo 3. mag. Bibliotecæ vet. Patrum.
Nazian. orat. in S. Baptiſma, & orat. 2. in Paſcha.
S. Maximus Epiſcopus Taurinenſis homil. 1. & 5. in Natali Domini.
S. Remigius Epiſcopus Rhemenſis in cap. 3. ad Epheſ. tom. 5. mag. Bibliot. veterum Patrum p. 3. S. Leo epiſt. 10, ad Flauianum cap. 2. & epiſt. 11. ad Iulianum. S. Gregor. lib. 18. in Iob cap. 27. Agatho Papa in epiſt. ad Conſtantinum, Heraclium, & Tiberium Auguſtos. S. Bruno Epiſcopus Herbipolenſis expoſitione in Pſal. 8. tom. 11. magnæ Bibliotecæ veterum Patrum.

CAPVT II.

De modo vnionis Verbi Incarnati.

CVm in Chriſto Domino humana, atque diuina reperiantur Naturæ[a] in vnitate perſonæ coniunctæ, de ipſo vnionis modo agendum eſt prius; qui cum ſit de genere eorum quæ ad aliud dicuntur, & abſque ha-

[a] Geneſ. 22. Pſal. 44. 68. 98. & 131. Iſa. 7. Matt. 1. 4. & 16. Marci 14. Lucæ 1. 2. 22. & 24. Ioan. 1. 4. & 20. Ad Rom. 9. 1. Cor. 15. ad Phil. 2. ad Galat 4. ad Tit. 2. Ad Hebr. 1. 1. Ioan. 3. & 4. Conc. Nicænum, Cõſtantinopolitanum, Epheſinum, & Chalcedonenſe in Symb. Quinta Synodus gener. collat. 8. Sexta Synodus act. 4. Conc. Later. ſub Innoc. III. cap. Firm. de ſum. Trin. & Fid. cath. Conc. Hiſpal. 2. c. 13. Conc. Tolet. 4. & 6. c. 1. Conc. Later. ſub Martino I. can. 6. 7. & ſeqq. conſult. 5. Conc. Arelat. 4. in confeſſione Fidei. Conc. Vuormatienſe in confeſs. Fidei. Catechiſmus Romanus in expoſit. Artic. 2. & 3. Symboli Apoſt. Clemens VI. Extrauag. Vnigenitus de pœnit. & remiſs. c. 2. S. Ignatius Martyr ep. ad Philippenſes de vera Chriſti humanitate tom. 1. mag. Bibliot. vet. Patrum. S. Hippolytus Martyr Epiſc. Portuenſis de Theologia, & Incarnatione contra Beronem & Helicen c. 1. 2. 3. 4. & ſeqq. & hom. de Deo Trino, & vno, & de myſterio Incarnationis cont. hæreſim Noeti, tom. 3. mag. Bibliot. veterum Patrum. S. Greg. Thaumaturgus in 2. expoſit. Fidei, & in c. 1. 2. & ſeqq. de Fide, tom. 3. Bibliot. vet. Patrum. S. Athan. in Symbolo, & in epiſt. ad Epictetum. Felix I. Papa in ep. ad Maximum Epiſcopum, & Clerum Alexandrinum. Iulius I. Papa in ep. ad Docimum. S. Baſil. hom. de humana Chriſti generatione. Greg. Nazian. orat. in ſanctum Baptiſma circa finem, & orat. 2. in Paſcha. Nyſſenus orat. in die Natalis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & hom. 13. in Cant. cantic. Theophilus Epiſc. Alexandriæ ex ep. 5. & 6. Paſchali. S. Maximus Epiſc. Taurinenſis hom. 1. & ſeqq. de Natali Domini. S. Cyrill. Alex. in ep. ad Neſtorium quæ habetur in Conc. Epheſ. 1. p. c 8. Vincentius Lyrinenſis commonitorio 1. adu. hæreticos c. 17. 18. 19. 20. 21. & 22. tom. 5. mag. Bibliot. vet. Patrum p. 2. S. Leo ep. 10. ad Flauianum c. 3. & ſeqq. tract. cont. Eutychetem, & alios hæreticos, ep. 11. ad Iulianum Epiſc. Coenſem contra Eutychianæ impietatis errorem, ep. 13. ad Pulcheriam Auguſtam, & ep. 97. ad Leonem Auguſtum. Petrus Diaconus lib. de Incarnatione &c. ad Fulgentium, & alios Epiſcopos Africæ c. 2. & ſeqq. tom. 6. mag. Bibliot. vet. Patrum p. 1. Ferrandus Carthaginenſis Eccleſiæ Diaconus ep. ad Anatolium, contra Eutychianos, & ep. ad Seuerum Scolaſticum tom. 6. mag. Bibliot. vet. Patrum p. 1. Leontius Byzantinus de Sectis act. 6. 7. & 8. & lib. 1. 2. & 3. cont. Neſtor. & Eutych. tom. 6. mag. Bibliot. vet. Patrum 1. p. Iſidorus lib. 7. Originum c. 2. Agatho Papa ep. ad Conſtantinum, Heraclium, & Tiberium Auguſtos. Beda ad c. 2. & 5. Lucæ. Adrianus I. ep. ad Epiſcopos Galliæ de errore Eliphandi Epiſc. Toletani. Leo IX. Papa ep. ad Petrum Antiochenum. S. Anſel. lib. 2. cur Deus Homo c. 18. S. Bernar. ſerm. 2. de Natali Do-

bitudine ad proprium terminum, atque ſubiectum explicari non poſſit;

De eius termino, ac ſubiecto ea recenſere ſtudebimus, quibus facilè eorum vitemus errores, qui defecerunt a fide, quæ eſt apertis Scripturis per Spiritum ſanctum Eccleſiæ manifeſtata, a Patre confirmata, & per Filium ore proprio prædicata, miraculis, ac ſignis comprobata.

mini, & ſerm. de B. Maria. Petrus Bleſenſis ſer. 2. de Aduentu Domini. S. Tho. 3. p. q. 2. 3. & ſeqq. Scot. in 3. diſt. 1. & deinceps. Bellar. tom. 1. contr. lib. 3. de Incarnatione per totum.

QVÆRITVR PRIMO.

Vtrum vnio Verbi Incarnati facta ſit in Natura.

NOn quęrimus hic hypoſtaticę vnionis ſubiectum, ſed terminum; non enim hæc quæſtio eſt ad inquirendum, an nexus hic, quem ſcitè Patres, atque Theologi vnionem [a] dicunt, in natura humana, vel diuina; ſiue

[a] Conc. Epheſ. 1. p. c. 8. & 26. 2. p. act. 5. & 3. p. c. 1. & ſeqq. Quinta Synodus gener. collat. 6. & 8. Sexta Synodus general. act. 4. Conc. Later. ſub Martino I. can. 6. Cont. Trident. ſeſſ. 13. cap. 3. Eutychianus Papa ep. ad Ioannem, & Epiſcopos Bæticæ. S. Hippolytus Epiſc. Portuenſis de Theologia, & Incarnatione contra Beronem, & Helicen hæreticos c. 1. tom. 3. mag. Bibliot. vet. Patrum. S. Hilar. li. 9. de Trin. S. Auguſt. ſerm. 58. in Ioan. de verbis Dñi. Cyrill. Alex. in ep. ad Neſtorium quæ lecta fuit in Conc. Epheſ. 1. p. act. 1. Vincentius Lyrinenſis common. 1. adu. hæreticos c. 19. & ſeqq. tom. 5. mag. Bibliot. vet. Patrum p. 2. S. Leo epiſt. 10. ad Flauianum c. 3. & epiſt. 11. ad Iulianum Epiſcopum Coenſem contra Eutychianæ impiet. errorem. Boetius in lib. de duabus in Chriſto naturis, & vna perſona. Hormiſda Papa ep. 76. ad Iuſtinum Imperatorem. Petrus Diaconus lib. de Incarnat. &c. ad Fulgentium, & alios Epiſcopos Africæ cap. 2. & deinceps, tom. 6. mag. Bibliot. veterum Patrum p. 1. Leontius Byzantinus lib. 1. contra Neſtor. & Eutych. tom. 6. mag. Bibliot. veterum Patrum p. 1. Anaſtaſius Epiſcopus Antiochenus lib. 3. de rectis Fidei dogmatibus de diuina diſpenſat. Incarnationis, & lib. 4. de paſſione, & impaſſibil. Chriſti tom. 6. mag. Bibliotecæ veterum Patrum p. 2. Damaſc. lib. 3. orthod. Fid. cap. 2. 3. 4. & 6. Magiſt. in 3. diſt. 1. 2. 3. & ſeqq. S. Thom. 3. p. q. 2. per totam, & deinceps. S. Bonau. in 3. diſt. 1. 2. 3. & ſeqq. Scot. in 3. diſt. 1. 2. 3. & deinceps. Bellar. tom. 1. controu. lib. 3. de Incarnatione.

ſiue in perſona Verbi tanquam in ſubiecto inhæreat; ſeu recipiatur.

Sed quærimus vtrum natura humana, atque diuina vniantur ita, vt ex illis ſit vna natura.

Reſpondetur, dicendum primo: Naturam humanam, & diuinam non vniri inter ſe ita vt ſint confuſione [a] vnum.

Probatur. Tunc vnum confuſione fit, quando plures naturæ perfectæ, & integræ vniuntur abſque ordine; vt contingit in aceruo lapidum, in quo abſque ordine, temerè quodammodo, & caſu lapides in vnam congerũtur maceriem.

Sed perfectiſsimum opus quod operatus eſt Deus, qui omnia pondere, ac menſura fecit, vnum confuſione & abſque ordine eſſe ſi quis aſſerat, inſipiens fit nimis ſapere volens.

Non igitur ex humana natura, atque diuina confuſione vnus dicendus eſt eſſe Chriſtus Dominus, qui cum ſit verus Homo, & Deus, non poteſt

[a] Conc. Epheſ. p. 1. c. 8. & 26. 2. p. act. 1. & 3. p. c. 1. & in Apologetico Cyrilli pro duodecim Capitulis adu. Orientales Epiſcopos. Conc. Chalcedonenſe in Symbolo. Quinta Synodus gener. collat. 6. & 8. in Anathematiſmis. Sexta Synodus gen. act. 4. 17. & 18. Concil. Florent. ſub Eugenio IV. in decreto pro Armenis. Conc. Later. ſub Martino I. can. 6. 7. & ſeqq. conſult. 5. Conc. Tolet. 14. c. 8. S. Dionyſ. Areopag. c. 3. de Eccleſ. hierar. Caius Papa in ep. ad Felicem Epiſcopum. S. Hippolytus Martyr Epiſc. Portuenſis de Theologia, & Incarnatione contra Beronem, & Helicen c. 5. & ſeqq. hom. de Deo Vno, & Trino, & de Incarnatione contra Noetum tom. 3. magnæ Bibliot. veterum Patrum. S. Athan. in Symbolo, & in epiſt. ad Epictetum. S. Baſil. hom. de humana Chriſti generatione. S. Auguſt. ſerm. 191. de tempore, & ſerm. 58. de verbis Domini. Vincentius Lyrinenſis commonitorio 1. aduerſus hæreſes cap. 19. & ſeqq. tom. 5. mag. Bibliot. vet. Patrum p. 2. S. Leo ep. 10. ad Flauianum, ep. 11. ad Iulianum Epiſc. Coenſem contra Eutychetem, & tract. aduerſus errores Eutychetis, & aliorum hæreticorum. Vigilius Epiſcopus Tridentinus lib. 4. contra Eutychetem tom. 5. mag. Bibliot. veterum Patrum p. 3. S. Fulgentius lib. 1. ad Traſimundum cap. 7. & 20. Hormiſda epiſt. 76. ad Iuſtinum Imperatorem. Leontius Byzantinus lib. 1. 2. & 3. contra Neſtor. & Eutych. tom. 6. mag. Bibliot. veterum Patrum p. 1. Caſſiodor. ad Pſal. 2. in Concluſione, & ad Pſal. 3. & 8. Ioannes II. Papa ep. 5. ad Auienum, Liberium, &c. de duabus in Chriſto naturis. S. Gregor. lib. 18. Moral. cap. 27. Iſidor. de doctrina, & Fide Eccleſiaſt. dogmat. c. 2. Agatho Papa in epiſt. ad Conſtantinum, Heraclium, & Tiberium Auguſtos. S. Damaſc. lib. 3. orthod. Fidei cap. 2. 3. 4. & 6. S. Tho. 3. p. q. 2. ar. 1.

poteſt naturarum confuſione eſſe vnus.

Nec natura diuina, quia magnitudine molis [a] caret, poteſt eſſe vti pars eorum quæ coaceruatione ſunt vnum.

Dicendum ſecundò. Per hypoſtaticam vnionem non poteſt eſſe Chriſtus Dominus naturarum commixtione [b] vnus.

Mixtio namque eſt miſcibilium alteratorum vnio.

At natura diuina cum ſit per eſſentiam exiſtens, & actus purus, alterationis omnis ac mutationis expers, non poteſt commixtione cum humana natura vnum componere Chriſtum.

Non eſt igitur Chriſtus Dominus naturarum mixtione vnus.

Repugnat etiam diuinæ naturæ miſcibilis rationem induere.

Nam

a Nyſſen. orat. in ea verba, Faciamus Hominem, &c. S. Aug. lib. 5. de Trin. c. 1. & lib. 6. c. 8. S. Bernar. ſerm. 6. ſuper Cant.

b Conc. Epheſ. 3. p. cap. 1. 2. 3. & ſeqq. Conc. Chalcedonen. ſeſſ. 5. in Symbolo. Quinta Synodus gen. collat. 8. Sexta Synodus gen. act. 4. Conc. Florent. in decreto Eugen. IV. pro Armenis. Conc. Tolet. 11. in aſſertione Fidei. Conc. Later. ſub Martino I. can. 6. & ſeqq. conſultat. 5. Conc. Hiſp. 2. can. 13. Conc. Arelat. 4. in confeſſ. Fidei. Conc. Tolet. 14. c. 8. S. Dionyſ. c. 3. Eccleſ. hierarch. Felix Papa in epiſt. ad Maxim. Epiſc. Alexan. Eutychianus Papa ep. ad Ioannem, & Epiſcopos Bæticæ. Caius Papa in ep. ad Felicem Epiſcopum. S. Hippolytus Epiſc. Portuenſis de Theologia, & Incarnatione contra Beronem, & Helicen c. 5. & ſeqq. hom. de Deo Vno, & Trino, & de Incarnat. contra Noetum tom. 3. mag. Bibliot. vet. Patrum. Iulius Papa epiſt. ad Proſdocium. S. Athan. in Symb. S. Hilar. lib. 9. de Trinit. S. Baſil. hom. de humana Chriſti generat. S. Epiphan. in Ancor. S. Ambroſ. lib. 1. de Incarnat. Dominicæ ſacram. cap. 6. & 7. Theophilus Epiſc. Alexand. ep. 2. Paſchali tom. 4. mag. Bibliot. vet. Patrum. S. Auguſt. ſerm. 58. in Ioannem de verbis Domini, epiſt. 57. ad Dardanum q. 1. & in Enchiridio ad Laurentium cap. 35. Vincentius Lyrinenſis commonitorio 1. aduerſus hæreſes cap. 19. & ſeqq. tom. 5. Bibliot. vet. Patrum p. 2. Iſidor. Peluſiota lib. 1. epiſt. 102. tom. 5. mag. Bibliot. vet. Patrum p. 2. S. Leo ep. 10. ad Flauianum, ep. 11. ad Iulianum contra Eutychianæ impietatis errorem, & tract. contra errores Eutychetis, &c. Arnobius junior ad Pſal. 68. tom. 5. mag. Bibliot. veterum Patrum 3. p. S. Fulgent. lib. 3. ad Traſimundum c. 9. Boetius in lib. de duabus in Chriſto naturis, & vna perſona. Caſſiod. ad Pſal. 2. in Concluſione, & ad Pſ. 8. Ioannes II. Papa epiſt. 3. ad Anienum, Liberium, &c. de duabus in Chriſto naturis. S. Gregor. lib. 18. in Iob cap. 27. Iſidor. Hiſpal. lib. de doctrina & Fide Eccleſiaſt. dogmatum cap. 2. S. Damaſc. lib. 3. orthod. Fid. cap. 2. 3. 4. & 6. Leo IX. ep. ad Petrum Antiochenum. S. Anſel. ad c. 15. 1. ad Cor. S. Tho. 3. p. q. 2. ar. 1.

Nam miſcibilia à forma mixti perficiuntur; quod repugnat actui puro per eſſentiā exiſtenti.

Dicendum tertio, Vnionem hypoſtaticam humanæ, atque diuinæ naturæ in Chriſto non fuiſſe in natura ita, vt ex illis vna [a] ſit natura.

Probatur. Nam quando ex duabus naturis vna eſt natura tamquam ex partibus ad naturæ rationem pertinentibus, illæ duæ naturæ ex quibus eſt tertia, debent ita vniri, vt vna ſit actus, alia potentia; ſicut contingit in vnione materiæ cum forma.

Verum nullius rei pars eſſe poteſt natura diuina, cum ſit actus purus, rerum omnium in ſe perfectionem continens, quod parti repugnat, quæ a totius ratione perficitur, & illi compararata

[a] Concil. Nicænum in Symbolo. Conc. Epheſ. 1. p. c. 8. & 26. & 3. p. c. 10. Conc. Chalcedonenſe in Symbolo. Conc. 5. gener. collat. 6. & 8. can. 2. 7. 8. 10. & 11. Sexta Synodus general. act. 4. Concil. Florent. ſub Eugenio IV. in decreto Vnionis. Conc. Later. ſub Martino I. can. 6. Conc. Tolet. 1. in aſſertione Fidei. Cōc. Hiſpal. 2. can. 13. Conc. Tolet. 4. & 6. c. 1. Conc. Tolet. 14. cap. 8. 9. & 10. Catechiſmus Romanus in expoſit. art. 3. & 3. Symboli Apoſt. S. Dionyſ. cap. 3. Eccleſ. hierarch.

Origenes in proœmio lib. 1. de principijs. Greg. Neocæſarienſis orat. de ſingulari Fide, & orat. in Epiphan. tom. 3. mag. Bibliot. vet. Patrum. Euſeb. Cæſar. lib. 4. de demonſtr. Euang. c. 13. S. Athan. in Euang. de ſanctiſs. Deipara, in ep. ad Epictetum, & in Symb. S. Hilar. lib. 9. de Trinit. Cyrill. Hieroſol. catecheſi 4. S. Baſil. lib. 1. cont. Eunom. poſt medium, & hom. de humana Chriſti generat. Nazian. orat. in Chriſti natiuit. & orat. in ſanctiſs. Baptiſma. S. Epiphan. in Ancorato. S. Ambr. lib. de Incarnat. Domin. ſacr. c. 6. & lib. 2. de Fide ad Gratianum. Nyſſen. orat. catecheticæ c. 11. 24. & 32. S. Hieron. in cap. 55. Iſa. in illa verba, Ecce teſtem populis, &c. & epiſt. 150. ad Hedibiam q. 9. S. Chryſoſt. hom. de Cruce, & hom. 11. in Marcum. S. Aug. epiſt. 57. ad Dardanum q. 1. ep. 102. ad Euodium, ſerm. 191. de tempore, & lib. 3. de Trin. c. 7. S. Maximus Taurinenſis hom. 1. & ſeqq. in Natali Domini. Cyrill. Alex. in epiſt. 8. ad Neſtorium quæ habetur in Conc. Epheſ. p. 1. cap 8. & lib. de recta Fide ad Reginas tom. 1. cap. Quod Chriſti mors ſit ſalutaris, & cap. Quod Ieſus Chriſtus vnus ſit Dei Filius. Theodor. in dialogo 2. qui inſcribitur Inconfuſus, & dialogo 3. Impatibilis. Iſidor. Peluſiota lib. 1. epiſt. 102. tom. 3. mag. Bibliot. vet. Patrum. Petrus Chryſol. ſerm. 57. 58. 59. & ſeqq. in Symbolum Apoſt. S. Leo ep. 10. ad Flauianum, & ep. 11. ad Iulianum, ep. 13. ad Pulcheriam, ep. 97. ad Leonem Auguſtum, & tract. cont. errores Eutychetis, & aliorum hæreticorum. Ferrandus Diaconus ep. ad Anatolium, & ep. ad Seuerum tom. 6. mag. Bibliot. veterum Patrum p. 1. Leontius Byzantinus lib. 1, 2. & 3. con. Neſtor. & Eutych. tom. 6. mag. Bibliot. vet. Patr. p. 1. S. Greg lib. 18. Moral. c. 36. Damaſc. lib. 3. orth. Fid. c. 2. 3. 4. & 6. Petrus Bleſenſis ſerm. 2. de Aduentu Domini. S. Tho. 3. p. q. 2. ar. 1. & ar. 5. ad 2.

rata quodammodo materiæ [a] rationem habet, & pars quælibet comparata toti minus perfectionis habet quàm totum: Quod ſi de Deo concipias, Dei deſtruis conceptum, qui cùm ſit ſuum eſſe, nihil eo perfectius excogitari poteſt.

Non poteſt igitur natura diuina ita cum humana vniri, vt vna ſit, aut fiat ex illis natura, quæ ſit aliquo modo compoſitione vna; actui namque puro alterius naturæ partem eſſe omnino repugnat.

[a] Ariſt. lib. 1. Phyſ. tex. 28. & lib. 5. Met. cap. 1. de cauſis.

OBIICIES.

IN Chriſto Domino conſiderare eſt naturam diuinam, humanam, & Verbi hypoſtaſim, ſeu ſubſiſtentiam.

Sed neque natura humana, neque diuina, neque Verbi hypoſtaſis ſi ſeorſim accipiantur ſunt totus [b] Chriſtus.

Ergo hæc tria, natura ſcilicet humana, diuina, & hypoſtaſis Verbi, partes erunt huius ſuppoſiti, quod nobis conſtituunt, qui eſt Chriſtus Dominus, Homo, Deus.

Reſpon-

[b] Conc. Epheſ. 2. p. act. 1. & 3. p. c. 1. Conc. Chalcedonenſe act. 5. Conc. Later. ſub Innocet. III. cap. Firm. Concil. Arelat. 4. in confeſs. Fidei. Conc. Vuormat. in confeſs Fidei. Conc. Trid. ſeſſ. 13. cap. 1. & 3. Catechiſmus Romanus in explicat. art. 3. Symb. Apoſt. Iuſtinus Martyr in expoſit. Fidei de recta confeſſ. Hippolytus Epiſcopus Portuenſis ad Pſal. 2. tom. 3. mag. Bibliot. veterum Patrum. S. Athan. in Symbolo. Chryſoſt. hom. de Cruce. Eucherius Lugdunenſis in Dominica Pentec. ad Patrem vado, & in Feria 4. Dominicæ 4. Aduent. tom. 5. mag. Bibliot. veterum Patrum. Petrus Diaconus de Incarnat. Domini c. 1, tom. 6. mag. Bibliot. vet. Patrum p. 1. Anaſtaſius Epiſc. Antiochenus de rectis veræ Fid. dogmat. lib. 3. de diu. diſpenſ. incarnat, & lib. 4. de paſsione, & impaſsibilitate Chriſti tom. 6. mag. Bibliotecæ vet. Patrum p. 2. S. Fulgentius lib. 1. ad Traſimundum c. 7. & 20. & lib. 3. cap. 9. S. Anſel. lib. 2. cur Deus Homo cap. 18. S. Bernar. ſerm. 2. de Natali Domini. S. Tho. 3. p. q. 16. art. 5.

Reſpondetur. In Chriſto eſſe naturam [a] humanam, & diuinam [a], ac Verbi hypoſtaſim [a]; ita tamen, vt ex vnione naturæ humanæ ad diuinam in hypoſtaſi non ſit compoſita vna natura, ſed vt ex illis ſit vna hypoſtaſis, ſuppoſitum, ſeu perſona; in qua hypoſtaſi natura humana, atque diuina cum non faciant vnam naturam, ſed vniantur tantum ad ſubſiſtendum eadem ſubſiſtentia, non ſunt partes vnius naturæ.

Quod vt intelligatur, & explicetur magis,

[a] Conc. Epheſ. p. 2. act. 1. & ſeqq. Conc. Chalcedonenſe per totum. Quinta Synodus gen. act. 1. & coll. 8. can. 8. Sexta Synodus act. 11. 13. & 18. Conc. Later. ſub Martino I. conſult. 5. a can. 4. vſque ad 9. Conc. Later. ſub Innocent. III. c. Firm. de ſum. Trin. & Fid. cath. Conc. Florent. in litteris vnionis. Conc. Tolet. 1. 4. 5. 6. & 11. Conc. Hiſpal. 2. c. 13. Conc. Trid. ſeſſ. 6. & ſeſſ. 13. c. 1. & 3. S. Ignat. ep. ad Epheſ. S. Dionyſ. c. 1. de diu. nom. & epiſt. 4. ad Caium. S. Martialis Epiſc. Lemouicenſis ep. ad Burdegalenſes cap. 1. & 10. tom. 1. mag. Bibliot. vet. Patrum. Iuſtinus Martyr in expoſitione Fidei tom. 2. mag. Bibliot. vet. Patrum. Irenæus c. 18. & 20. Tertullianus de carne Chriſti c. 5, & lib. 5. contra Marcionem c. 9. Clemens Alexand. orat. exhortatoria ad Gentes. Origenes tract. 33. in Matth. S. Cyprianus de Idolorum vanitate. Felix Papa ep. ad Maximum Epiſc. Alexandrinum. Eutychianus Papa ep. ad Ioannem, & Epiſcopos Bæticæ. Caius Papa epiſt. ad Felicem Epiſcopum. Lactan. lib. 4. Inſtit. c. 8. & 13. Euſebius Cæſar. lib. 4. de demonſtr. Euang. c. 10. & 13. Iulius Papa ep. ad Proſdocium. S. Athan. ſerm. 4. contra Arianos. Nazian. orat. 31. in illud dictum, Cum conſumaſſet hos ſermones, & orat. 35. quæ eſt orat. 1. de Filio, & 3. de Theologia. S. Damaſus in profeſſione Fidei, quam ſcripſit ad Paulinum Epiſcopum Theſſalon. S. Epiphanius in Ancorato. S. Ambr. lib. 1. de Fid. cap. 6. S. Hieron. ad c. 3. ad Galat. & ad cap. 2. ad Titum. S. Auguſt. in Enchir. ad Laurentium c. 35. & ſerm. 58. in Ioan. de verbis Domini. S. Chryſoſt. hom. de Cruce, & hom. 11. in Marcum. S. Maximus hom. 1. de Epiphania Domini. Proclus Conſtantinop. Epiſc. in ep. de Fide ad Armenos tom. 5. mag. Bibliot. vet. Patrum p. 1. Cyrill. Alex. lib. 11. in Ioan. c. 21. & in ep. ad Neſtorium. Iſidor. Peluſiota lib. 3. ep. 130. tom. 5. mag. Bibliot. vet. Patr. p. 2. Cæſarius Arelatenſis hom. 5. de Paſcha, tom. 5. mag. Bibliot. veterum Patrum p. 3. Vigilius Tridentinus lib. 4. contra Eutychetem tom. 5. mag. Bibliot. veterum Patrum 3. p. Boetius lib. de duabus in Chriſto naturis, & vna perſona. Hormiſda ep. 76. ad Iuſtinum Imperatorem. Caſſiodor. ad Pſal. 2. in concluſione, ad Pſal. 3. & 8. Ioannes II. Papa ep. ad Auienum, Liberium, &c. de duabus in Chriſto naturis. S. Greg. lib. 18. in Iob c. 27. Magiſt. in 3. diſt. 1. 2. & ſeqq. S. Tho. 3. p. q. 16. ar. 5. S. Bonau. in 3. diſt. 1. 2. & ſeqq. Scot. in 3. diſt. 1. & deinceps. Bellarm. tom. 1. controu. lib. 3. de Incarnat.

QVÆRITVR II.

Vtrum vnio Verbi Incarnati facta ſit in ſuppoſito, hypoſtaſi, ſeu perſona.

AD intelligendum quod quæritur, Animaduertendum eſt, ſuppoſiti nomine [a] ac hypoſtaſis intelligi quodlibet ſubſtantię indiuiduum completum, atque perfectum, in quo eſt primò conſiderare eſſentiam, ſeu naturam quatenus tantum ea includit, quæ ipſius conceptum eſſentialem ingrediuntur, quale eſt genus, & differentia metaphyſicè ſi loquamur; vel materia, & forma, ſi rei eſſentia phyſicè conſideretur in ijs quæ materia, & forma conſtant.

Secundo loco in rebus creatis conſideratur exiſtentia, quæ eſt modus [b] per quem res actù in ſe ipſa ita eſt, vt habeat proprium eſſe, ſeu exiſtere; quod cum accipiant res ab efficienti cauſa per quam educuntur de potentia ad actũ, exiſtentiam quidam explicant per hoc, quod eam dicant eſſe id quo vnaquæque res ita eſt, vt ſit extra propriam cauſam.

Verum hic non eſt vniuerſaliſsimus exiſtentiæ conceptus, cum diuinæ non conueniat exiſtentiæ, cuius eſſentia eſt eſſe [c], ſeu exiſtere.

Melius

[a] Boet. in lib. de duabus naturis. Magiſt. in 3. diſt. 5. S. Tho. 1. p. q. 29. ar. 1. & 3. p. q. 2. ar. 2. & 3. & q. 16. ar. 12. ad 2. Bellarm. tom. 1. controu. lib. 2. de Chriſto c. 4. & 5.

[b] Nos ſupra Tract. 1. de Deo vno c. 1.

[c] Exodi 3. Sap. 13. Ioan. 8. S. Dionyſ. c. 5. de diu. nom. S. Athan. orat. contra Idola. S. Hilar. lib. 1. 3. 6. & 12. de Trinit. S. Baſil. epiſt. 141. ad Cæſarianos. Nazian. or. 42. & 49. Cyrill. Hieroſol. catecheſi 6. S. Ambroſ. lib. 10. in cap. 22. Lucæ. Didymus Alex. enarrat. in ep. 1. Ioan. c. 3. tom. 4. mag. Bibliot. veterum Patrum. S. Hieron. in c. 3. ad Epheſ. & ep. ad Damaſum, Quoniam vetuſto. Chryſoſt. ſerm. de S. Trinit. S. Auguſt. tract. de eo quod dictũ eſt a Deo ad Moyſen, Ego ſum qui ſum, & lib. 2. confeſſ. cap. 11. S. Remigius Epiſcop. Rhemenſis explanat. in c. 4. ep. ad Rom. tom. 5. mag. Bibliot. veterum Patrum p. 3. S. Leo ep. 93. decret. c. 5. & 6. Zacharias Epiſc. Mytilenenſis de Mundi creatione contra Philoſophos ante medium, tom. 6. mag. Bibliot. vet. Patrum p. 1. Anaſtaſij Patriarchæ Antiocheni, & Cyrilli Alexand. compendiaria orthodoxæ Fidei explicatio, tom. 6. ma-

Melius igitur exiſtentia dicitur id, quo vnaquæque res ſimpliciter, & abſolutè eſt, quod primò Diuinæ conuenit exiſtentiæ, quæ in eſſentiali Dei conceptu includitur. Et ab hoc modo qui exiſtentia eſt, non habent rerum naturæ, ſeu eſſentiæ vt ſint vltimò terminatæ, niſi ad illas exiſtentes accedat ſubſiſtentia, quæ eſt modus tertio loco conſiderandus, ſecundum quem res ita ſubſiſtunt, terminatæ, ac indiuiduæ ſunt, vt non poſsint in alio exiſtere ſi non ſint partes, ſed naturæ integræ.

Totius namque naturæ exiſtenti adueniens ſubſiſtentia, illam incommunicabilem [a] reddit.

Quarè in rebus ex materia, & forma compoſitis vnica tantum pars quantumuis ſubſiſtens, non eſt hypoſtaſis [b], ſuppoſitum, ſeu perſona, quæ tria in rationali, ſeu intelligenti natura inter ſe nomine [c] tantum differunt.

Hypoſtaſis enim, ſuppoſitum, ſeu perſona formaliter, & vltimò ſunt ab ipſa totius ſubſiſtentia [d], cuius concretum in rebus ratione, ſeu intellectu carentibus ſuppoſitum ſemper quidem dicitur, hypoſtaſis non tam frequenter, licet vis nominum ſi perpendatur, exiguam, imò nullam ſit in his vocibus reperire differentiam, quam vſus apud latinos Theologos, ſi qua eſt differentia, fecit, qui hypoſtaſeos nomen quod

G 2 Græcum

gnę Bibliotecæ veterum Patrum p. 2.
Boet lib. de hebdom. cap. 1.
S. Greg. Mag. lib. 16. Moral. cap. mihi 16.
Iſidor. li. 7. etym. c. 1.
Beda ad cap. 8. Ioan.
S. Damaſc. lib. 1. orth. Fidei cap. 2.
S. Anſel. in Monolog. c. 4. & in Proſol. c. 14.
S. Bruno Epiſc. Herbipolenſis commentario in Symb. S. Athanaſij verſ. 4. §. Confundere eſt cõmiſcere, tom. 11. mag. Bibliot. vet. Patrum.
Joannes Cypariſsiotus dec. 5. de propr. diuin. nom. c. 5. decade 8. de infinit. Dei in creationibus cap. 10. tom. 11. magnæ Bibliot. vet. Patrum.
S. Bern. lib. 5. de conſid. ad Eugenium c. 6.
Magiſt. in 1. diſt. 8. & in 2. diſt. 37.
S. Tho. p. 1. q. 1. ar. 3. & ſeqq.
Bellarm. tom. 4. controu. lib. 4. de amiſs. gratiæ, & ſtatu peccati cap. 16.
Nos ſupra Tract. 1. de Deo vno cap. 1.

a S. Tho. p. 1. q. 29. ar. 1. & 3. p. q. 3. ar. 1. in 2. argum. Scot. in 3. diſt. 1. q. 1. diſt. 2. q. 2. & diſt. 5. q. 2.

b S. Tho. 1. p. q. 29. ar. 1. ad 5. & 3. p. q. 2. ar. 2. ad 3. & ar. 3. ad 2. S. Bonau. in 3. diſt. 5. ar. 2. q. 2.

c S. Tho. 1. p. q. 29. ar. 1. & 2. & q. 39. ar. 1. Bellarm. lib. 2. de Chriſto cap. 4.

d S. Anſel. lib. 2. cur Deus Homo c. 9. S. Tho. 3. p. q. 2. ar. 2. ar. 3. ad 2. & q. 19. ar. 1. ad 4.

Græcum eſt, frequentius pro perſona ſupponunt; cum tamen perſonæ [a] nomen pro indiuiduo completo, hypoſtaſi, ſeu ſuppoſito intelligentis, vel rationalis naturæ ſumatur ſemper. Diuinæ autem perſonæ relationibus quæ ſunt perſonales proprietates conſtituuntur [b], iuxta ea quæ diximus Tractatu 2. qui eſt de ſacroſancto Indiuiduæ Trinitatis Myſterio, cap. 3. q. 1.

His poſitis,

Quæſito Reſpondetur, dicendum. Vnio incarnati Verbi in hypoſtaſi, ſuppoſito, ſeu perſona [c] facta eſt.

Proba-

[a] Boetius in lib. de duabus naturis. Magiſt. in 3. diſt. 5. S. Tho. 1. p. q. 29. ar. 1. & 3. p. q. 2. ar. 2. & 3. S. Bonau. in 3. diſt. 5. ar. 2. q. 2. Scot. in 3. diſt. 5. q. 2. Bellar. lib. 2. de Chriſto c. 4. & 5. & lib. 3. de Incarnat. cap. 8. tom. 1. controu.

[b] Conc. Tolet. 11. cap. 1. Conc. Later. ſub Innocent. III. c. Firm. & cap. Dam. de ſum. Trin. & Fid cath. Conc. Flor. ſub Eugenio IV. ſeſſ. 25. S. Athan. con. Anom. S. Baſil. lib. 2. cont. Eunom. Nazian. orat. 5. de Theologia, 25. & 37. S. Aug. ſerm. 1. & 6. in feſto SS. Trin. S. Cyrill. Alex. lib. 7. theſ. c. 1. & lib. 2. de Trin. Boet. lib. 1. de Trin. c. 12. S. Damaſc. lib. 1. orth. Fid. c. 10. & lib. 3. orth. Fid. cap. 3. & 5. S. Bernar. lib. 5. de conſid. cap. 7. & 8. S. Tho. p. 1. q. 28. ar. 3. q. 29. ar. 4. q. 30. ar. 2. q. 32. ar. 3. q. 36. ar. 4. q. 40. ar. 2. q. 41. ar. 6. & 3 p. q. 3. ar. 3. Bellarm. lib. 2. de Chriſto cap. 15.

[c] Matth. 16. Lucæ 1. Ioan. 1. 1. Cor. 8. Ad Galat. 4. 1. Ioan. 2. & 4. Symb. Apoſt. Symbolum Eccleſiæ. Symb. S. Athanaſij. Conc. Nicænum, & Conſtantinop. in Symb. Concil. Epheſ. 1. p. c. 8. & 26. in ep. ad Neſtorium, & can. 2. 3. & 4. Conc. Chalcedonenſe in Symb. & act. 1. & 5. Quinta Synodus gener. can. 4. & 5. Sexta Synod. act. 4. & 17. Conc. Later. ſub Innocet. III. cap. Firm. Conc. Florent. in decreto Eugenij IV. pro Armenis. Conc. Tolet. 1. in aſſert. Fidei. Conc. Hiſpal. 2. c. 13. Conc. Tolet. 4. & 6. c. 1. Conc. Tolet 14. c. 8. & 10. Conc. Arelat. 4. in confeſs. Fidei. Conc. Vuormatienſe in confeſs. Fidei. Catechiſmus Romanus in explicat. 2. & 3. art. Symb. Apoſt. S. Ignatius ep. ad Trallianos, & ep. ad Smyrnenſes tom. 1. mag. Bibliot. veterum Patrum. S. Dionyſ. ep. 3. & 4. ad Caium. S. Martialis Lemouicenſis Epiſcopus ep. ad Burdegalenſes c. 2. & 10. tom. 1. magnæ Bibliot. veterum Patrum. Iuſtinus Martyr in expoſit. Fidei tom. 1. mag. Bibliot. vet. Patrum. S. Irenæus lib. 3. c. 17. 18. 20. & 21. Tertull. de carne Chriſti c. 5. & lib. 5. con. Marcionem c. 9. Clemens Alex. orat. exhortatoria ad Gentes. S. Hippol. Epiſc. Portuenſis ad Pſal. 2. tom. 3. mag. Bibliot. vet. Patrum. Origen. tract. 33. in Matth. & lib. 2. in Iob. S. Cyprian. lib. de vanit. Idolorum. Felix Papa in ep. ad Maximum Epiſcopum, & Clericos Alexandriæ. Eutychianus Papa ep. ad Ioannem, & Epiſcopos Bæticæ. Caius Papa ep. ad Felicem Epiſcopum. Euſeb. Cæſar. lib. 4 de demonſtr. Euang. c. 10. & 13. S. Athan. in orat. 4. contra Arianos, & in ep. ad Epictetum. S. Hilar. lib. 9. de Trin. Cyrill. Hieroſol. catecheſi 4. de generat. Filij. S. Baſil. ep. 65. ad Sozopolitanos, & in Liturgia. S. Epiphan. in Ancorato. Nazian. ep. 1. ad Chelidonium & orat. 31. & 35. S. Ambroſ. in lib. de Incarnat Domin. ſacram. c. 7. & lib. 2. de Fide c. 4. Nyſſen. orat. 13. in Cant. Theophilus Alex. ep. 2. Paſchali tom. 4. mag. Bibliot. veterum Pa-

Probatur. In eo vnio Verbi Incarnati facta dicitur, in quo ſunt vnum natura humana, atque diuina.

Sed natura humana, atque diuina poſt vnionem, perfectam retinentes diſtinctionem, ſunt vnum ratione ſuppoſiti, hypoſtaſeos, ſeu perſonæ.

Vnio igitur Incarnati Verbi facta eſt in ſuppoſito, hypoſtaſi, ſeu perſona.

OBIICIES PRIMO.

SI vnio naturæ humanæ, atque diuinæ in Chriſto Dominò facta eſſet in ſuppoſito, hypoſtaſi, ſeu perſona, ex humana, atque diuina natura perſona Verbi poſt vnionem diceretur compoſita.

Verum perſona Verbi cum ſit Deus, eſt ſimplex [a] omninò, & actus purus.

Non

trum. S. Hieron. ep. 150. ad Hedibiã q. 9. Chryſoſt. hom. de Cruce, & homil. 11. in Marcum. S. Auguſt. lib. 13. de Trinit c. 17. & tract. 27. in Ioan. S. Maximus Taurinenſis hom. 1. de Epiphania Domini. S. Cyrill. Alex. in ep. ad Neſtoriũ quæ habetur in Conc. Epheſ. 1. p. c. 8. ep. 30. ad Eulogium Presbyterum, & lib. de recta in Chriſtũ Fide ad Theodoſium. Theod. dialog. 2. & 3. Vincentius Lyrinenſis adu. hæret. c. 19. & ſeqq. tom. 5. mag. Bibliot. vet. Patr. p. 2. Iſidor. Peluſiota lib. 1 ep. 102. & lib. 3. ep. 130. tom. 5. mag. Bibliot. vet. Patrũ p. 2. Petr. Chryſol. ſer. 63. S. Leo ep. 10. ad Flauianum, tract. contra Eutychetem, & alios hæreticos, ſerm. 1. de natiu. Domini c. 2. & ſerm. 3. de Paſsione Domini c. 1. S. Cæſarius Arelat. hom. 5. de Paſcha tom. 5. mag. Bibliot. vet. Patrum 3. p. S. Fulgentius de Fide ad Petrum c. 2. & lib. 11 ad Traſimundum c. 7. & 20. Boetius lib. de duabus in Chriſto naturis, & vna perſona. Caſſiodor. ad Pſal. 3. & 8. Ioannes II. Papa ep. ad Auienum, Tiberium &c. de duabus in Chriſto naturis. S. Greg. lib. 18. Moral. c. 36. Iſidor. lib. 7. originum c. 2. Agathò Papa ep. ad Conſtantinum, Heraclium, & Tiberium Auguſtos. Beda ad c. 2. & 5. Lucæ. Damaſc. lib. 3. orthod. Fid. cap. 2. 3. 4. & 6. Leo IX. ep. ad Petrum Antiochenum. S. Anſelm. lib. 2. cur Deus Homo. S. Bernar. lib. 2. de natali Domini, & ſerm. de B. Maria. Mag. in 3. diſt. 1. 2. & ſeqq. S. Tho. 3. p. q. 2. ar. 2. & 3. S. Bon. in 3. diſt. 1. 2. 3. & deinceps. Scot. in 3. diſt. 1. 2. 3. & ſeqq. Bellar. tom. 1. controu. lib. 3. de Incarnatione per totum.

[a] Ioan. 1. & 5. Conc. Epheſ. 1. p. c. 8. circa medium, & c. 26. & 3. p. c. 1. in declaratione quinti Anathematiſmi, & in defenſione Cyrilli. Conc. Later. ſub Innoc. III. c. Firm. & cap. Dam. de ſum. Trinit. & Fid. cath. S. Dionyſ. c. 5. de diu. nom. Origenes lib. 1. de Principijs. Euſeb. Cæſar. lib. 4. de demonſtr. Euang. c. 13. S. Athan. in decretis Nicænæ Fidei contra Arium, orat. contra Idola, & ſerm. 4. contra Arianos. S. Baſil. lib. 1. & 2. con-

Non igitur poteſt Incarnati Verbi vnio facta eſſe in ſuppoſito, hypoſtaſi, ſeu perſona.

Reſpondetur, perſonam Verbi poſt vnionem a ſancto Thoma [a] ex Patribus [b] dici compoſitam, non quia ex pluribus fiat naturis; verum ex eo quod poſt vnionem Verbum ſeu perſona Verbi in duabus ſit ſubſiſtens naturis, vt ſæpius diximus.

OBII-

tra Eunom. & hom. de Fide. Nazian. orat. 34. 35. 45. & 49. ſeu lib. de Fide, & epiſt. 1. ad Chelidonium. Nyſſen. orat. 1. in ea verba, Faciamus Hominem, &c. S. Chryſoſt. hom. 1. in expoſit. Symb. Apoſt. & ſerm. de S. Trin. S. Aug. lib. 5. de Trin. cap. 11. & lib. 6. & 7. per totum. Cyrill. Alex. lib. 1. in Ioan. c. 9. ep. ad Caloſyrium. lib. 7. theſau. c. 1. lib. 2. de Trin. & in ep. ad Neſtoriũ, quę lecta fuit in Cõc. Epheſ. p. 2. act. 1. S. Leo epiſt. 93. decret. ad Turrib. c. 5. S. Damaſc. lib. 5. orth. Fid. c. 2. 4. 7. & 10. S. Bernar. ſerm. 6. ſuper Cant. Magiſt. in 1. diſt. 8. S. Tho. 1. p. q. 2. ar. 1. & 3. q. 3. ar. 2. q. 11. ar. 3. & 3. p. q. 2. ar. 4. & q. 6. ar. 6. ad 2.

[a] 3. p. q. 2. ar. 4. [b] Conc. Epheſ. p. 1. c. 8. & 26. & 2. p. act. 1. Quinta Synodus gen. collat. 8. can. 4. & 7. Sexta Synodus act. 4. 11. & 13. Conc. Later. ſub Innoc. III. cap. Firm. Conc. Later. ſub Martino I. conſult. 4. & conſult. 5. can. 6. 8. & 17. S. Dionyſ. cap. 1. de diu. nom. ante medium, c. 3. de Eccleſ. hierar. p. 3. circa finem, & ep. 4. ad Caium. Iuſtinus lib. de vera Fidei expoſitione circa finem. Tertull. de carne Chriſti. Athan. orat. Quod vnus ſit Chriſtus, & in Symbolo. S. Hilar. lib. 2. de Trinit. circa fin. & lib. 9. non longè ab initio. S. Baſil. lib. 2. contra Eunom. circa finem. Nazian. orat. 24. non longè a principio, orat. 31. 35. & 42. & epiſt. 1. ad Chelidonium. S. Epiphan. in Ancorato. S. Chryſoſt. hom. 10. in Ioan. S. Auguſt. epiſt. 3. ad Voluſianum, lib. 1. de Trinit. c. 17. lib. 4. c. 13. lib. 13. cap. 17. tract. 78. in Ioan. & ſerm. 198. de tempore. S. Cyrill. epiſt. ad Neſtorium quæ habetur in Conc. Epheſ. p. 1. cap. 8. & lecta fuit 2. p. act. 1. & de recta fide ad Reginas commentario 1. cap. Quod Ieſus Chriſtus vnus ſit Dei Filius, & Dominus. Flauianus Conſtantinopolitanus ad Theodoſium Imperatorem de Fide, habetur in Conc. Chalcedon. p. 1. c. 5. Vincentius Lyrinenſis adu. hæreſes cap. 19. Ioannes Maxentius lib. 2. Dialogi cap. 2. tom. 6. mag. Bibliotecæ veterum Patrum p. 1. S. Leo ep. 11. ad Iulianum Epiſcopum Coenſem. Caſsiodorus ad Pſal. 2. in Concluſ. Petrus Damianus de Incarnatione & gratia c. 3. tom. 6. mag. Bibliot. veterum Patrum p. 1. S. Gregor. hom. 38. in Euang. & lib. 18. in Iob cap. 27. Anaſtaſius Epiſcopus Antiochenus lib. 3. de rectis veræ Fidei dogmatibus de diuina diſpenſatione Incarnationis, & lib. 4. de paſsione, & impaſsibilitate Chriſti tom. 6. mag. Bibliotecæ veterum Patrum p. 1. S. Sophronius Epiſcopus Hieroſol. in epiſt. quæ habetur in ſexta Synodo gener. act. 11. Agatho Papa in epiſt. ad Conſtantinum, Heraclium, & Tiberium Auguſtos. Damaſc. lib. 3. orth. Fid. c. 3. 4. 5. & 7. Magiſt. in 3. diſt. 6. S. Bonau. in 3. diſt. 6. ar. 1. q. 2. Scot. in 3. diſt. 6. q. 3.

OBIICIES SECVNDO.

SI Verbi Incarnati vnio in perſona facta fuiſſet, illius ſubiectum fuiſſet idem Verbum. In eo enim, in quo aliquid fit, recipitur.

At in perſona Verbi naturarum dicitur facta vnio.

Ergò & in Verbo recepta conſequenter dici debet.

In Verbo autem qui eſt Deus, tanquam in ſubiecto aliquid recipi, eſt contra [a] naturam actus puri per eſſentiam exiſtentis.

Non igitur in perſona Verbi naturarum eſt facta vnio, humanæ nempè, atque diuinæ.

Reſpondetur. Incarnati Verbi vnio in perſona facta dicitur, non quia illius ſubiectum ſit Verbi perſona; ſed terminus [b].

Subiectum namque illius nexus qui vnio dicitur, natura humana [c] eſt, quæ ad ſubſiſtendum

[a] Num. 13. Pſal. 101. Malach. 3. 1. ad Timot. 6. Iacobi 1. Conc.Epheſ. 1.p.c.8. Conc. Arelat. 4. in confeſs. Fid. Conc. Later. ſub Innocent.III.cap.Firm. S. Ignatius epiſt. ad Epheſ. tom. 1. mag. Bibliot. vet.Patrum. S.Dionyſ.c.9.de diu. nom. Euſeb. Cæſar. lib. 4. de demonſtr. Euang. cap. 13. S.Athan. orat. 2.& 4. contra Arianos, & in ep. ad Epictetum. S.Hilar.lib.9.de Trin. S. Baſil. lib. 1. & 2. cont.Eunom.& hom. in cap.1. Ioan. S. Ambr. lib. 1. de fide ad Gratianum c.9. & lib. 1. de Incarnat. Domin.ſacram.c.6. Nyſſen.ep.adu. Apollinarem. S. Epiph. in Ancorat. Nazian. orat. 31. & 35.& ep.1.ad Chelidonium. Chryſoſt.in c.1.Ioan. S.Auguſt. lib.83.qq.q.73. lib.1.de Trin.c.1. lib.5.c.2.& 5. lib.1. de natura boni c.1. & 10. lib. 3.contra Maximinum c.12. & ep.57. ad Dardanum q.1. Cyrill.Alex.lib.2.de Trin. lib.1.theſau.c.2.& 9. de recta Fid.ad Reginas comment.1. cap- Quod Chriſti mors ſit ſalutaris, & ep.ad Neſtoriũ quæ lecta fuit in Conc.Epheſ.p.1.act.1. Theodor.dial.1. qui dicitur Immutabilis. Vincentis Lyrinen.adu.hæreſes c.19.& ſeqq. S.Leo ſerm.17.de Paſs. & ſerm.1.de Natiuit.c.2. S.Fulgent.lib.3.ad Traſimundum c.9. Caſsiodorus ad Pſal.8. S.Greg.lib.12. Mor.c.15. lib. 18.c.27.& hom.25. in Euang. S.Sophronius Epiſc.Hieroſol.ſerm.de Natali Domini tom.7. mag.Bibliotecæ vet.Patrum. Beda ad c.2.Lucæ. Damaſc.lib.3. orth.Fid.c.23. & ſeqq. S.Anſel.ad c.15.1.ad Cor. Mag.in 3 diſt.6. S.Tho.3.p.q.2.ar.6.ad 1. Bellar.tom.1.controu.lib.3.de Incarnat.c.4.

[b] S.Tho.3.p.q.2. ar.1.2.7.& 8. q.3.ar.1. & ſeqq. q.4.ar.3. S.Bonau.in 3.diſt.1.ar.1. q.2. diſt.5. ar.1. q.1. & diſt.6.ar.2.q.1. Scot. in 3. diſt.1. q.1. & 5. & diſt.5.q.2.

[c] S.Tho.3.p.q.2.ar.7.q.4.ar.1.& ſeqq. Bellar.tom.1.controu.lib.3.de Incarnat.c.4.

dum ſubſiſtentia Verbi aſſumitur.

Nec obſtat ſi dicas, deberi etiam in termino vnionem recipi, ſi ex ſubiecto, & termino vnum quid perfectè vnum fieri debet.

Sed vnione hac vnus eſt Chriſtus, qui eſt perfectè vnus.

Neceſſe igitur eſt in perſona Verbi receptam eſſe hypoſtaticam vnionem.

Reſpondetur enim, adhoc vt ex duobus vnum fiat, aut ſit, ſatis eſt ſi vnio in altero extremorum recipiatur, & ad aliud terminetur.

QVAERITVR III.

Vtrum ſit facta aliqua vnio Animæ, & Corporis in Chriſto.

NAturam [a] humanam, corpus nempè atque Animam cum ſumpſerit Verbum;

Quærendum eſt, an præter admirabilem illam vnionem qua caro, & anima fuerunt Verbo vnita, aliam ha-

buerint

[a] Iſa. 7. Matth. 1. Lucæ 1. 2. & 24. Ioan. 1. ad Rom. 1. Ad Galat. 4. Ad Philip. 2. 1. Timot. 2. Hebr. 2. 1. Petri 3. & 4. 1. Ioan. 4. & 5. Symb. Apoſtolorum. Symbolum Eccleſiæ. Symb. S. Athanaſij. Conc. Nicænū, Conſtantinop. Epheſ. & Chalcedon. in Symb. Conc. Later. ſub Innocent. III. c. Firm. Conc. Trid. ſeſſ. 3. in decreto de Symb. Fidei, ſeſſ. 6. c. 2. & ſeſſ. 13. cap. 1. & 3. Catechiſmus Romanus in procemio, & in expoſit. art. 2. 3. & 4. Symboli Apoſt. S. Ignatius ep. ad Trallianos, & ep. ad Smyrnenſes. Iuſtinus Martyr dialogo cum Triphone. Irenæus lib. 5. c. 1. Origen. lib. 1. de Principijs, & tract. 33. in Matth. Greg. Thaumaturgus in explicat. Fidei 1. & 2. orat. in Epiph. & ſerm. 1. 2. & 3. de Anunciat. Virginis, tom. 3. mag. Bibliot vet. Patrum. Euſeb. Cæſar. lib. 4. de demonſtr. Euang. c. 10. & 13. S. Athan. orat. 4. cont. Arianos, & ep. ad Epictetum cont. hæreticos. Cyrill. Hieroſol. catecheſi 13. Illuminatorum. S. Baſil. in ep. ad Amphilochium. Nazian. orat. 31. & 35. quæ eſt 1. de Filio, & 3. de Theolog. Epiph. in Ancorato. Amphilochius Epiſc. Iconij orat. in illud, Pater maior me eſt, orat. adu. Arianos, & orat. in illud, Si poſsibile eſt tranſeat à me calix iſte, tom. 4. mag Bibliot. veterum Patrum. Nyſſen. hom. 13. in Cant. Theophilus Alex. ep. 1. 2. & ſeqq. Paſch. tom. 4. mag. Bibliot. vet. Patr. Chryſoſt. hom. de Cruce, & hom. 11. in Marcum. Proclus Conſtantinop. ep. ad Armenos, & de Ieſu Chriſti natiuit. tom. 5. mag. Bibliot. veterum Patrum p. 1. Cyrill. Alex. ep. ad Neſtor. quæ le-

buerint naturalem vnionem, per quam antequam intelligantur corpus & anima vnita Verbo, inter ſe iuncta dicerentur ad integram conſtituendam humanitatem, quæ à Verbo aſſumpta, integer eſſet Homo.

Quæſito Reſpondetur, dicendum. Inter corpus & animam diſtinctum ab vnione hypoſtatica reperiri nexum [a], quo anima & corpus ordine naturæ prius intelliguntur vnita, quàm à Verbo aſſumpta.

Probatur. Corpus & Anima abſque naturali vnione ac nexu non ſunt neque hic Homo, neque hæc humanitas.

Neceſsè namque eſt naturæ partes vniantur ad hoc, vt ex illis vna fiat natura.

Sed quam aſſumpſit Verbum natura humana verè vna fuit.

Neceſsè igitur eſt in naturæ humanæ partibus naturæ ordine corporis, & animæ præceſſiſſe vnionem antequam natura humana aſſumi, vel aſſumpta intelligeretur.

Quod confirmatur ex eo quod cum in triduo mortis anima, & corpus Verbo fuerint

cta fuit in Cõc. Epheſ. p. 2. act. 1. & lib. 11. in Ioan. cap. 21. Theod. dialog. 2. & 3. Iſidor. Peluſiota lib. 3 ep. 130. tom. 5. mag. Bibliot. vet. Patr. p. 2. Petrus Diaconus de Incarn. Domini c. 2. tom. 6. mag. Bibliot. vet. Patrum p. 1. Damaſc. lib. 3. orth. Fid. c. 2. 3. 4. & ſeqq. S. Bonau. in 3. diſt. 5. ar. 2 q. 1. & 2. Scot. in 3. diſt. 2. q. 2. & diſt. 5. q. 1. Bellarm. tom. 1. controu. lib. 3. de Incar.

[a] Conc. Epheſ. p. 1. cap. 2. 3. & 8. Conc. Chalcedonenſe act. 1. & 5. Sexta Synodus gen. act. 11. in ep. Sophron. & act. 13. c. 4. Conc. Later. ſub Innocet. III. cap. Firm. Conc. Trid. ſeſſ. 13. cap. 3. Canit Eccleſia in feſto Circũciſionis Domini In 1. Antiphona ad Laudes. Catechiſmus Romanus in explicat art. 3. Symbol. Apoſt. Alexand. III. c. Cum Chriſtus, de hæret.

[c] S. Damaſc. lib. 3. orthod. Fid. cap. 49. Magiſt. in 3. diſt. 6. S. Tho. 3. p. q. 2. ar. 1. & 4. & q. 3. ar. 1. ad 3. S. Bonau. in 3. diſt. 6. ar. 1. q. 2. Scot. in 3. diſt. 6. q. 3.

Dicitur ergo Chriſti Domini perſona compoſita ex pluribus naturis, quia in illis ſubſiſtit [a]; vel quia in illa plures ſubſiſtunt naturæ.

QVÆRITVR VII.

Vtrum vnio duarum Naturarum in Chriſto ſit facta per gratiam.

REſpondetur, dicendum primò. Si nomine gratiæ intelligamus diuinam voluntatem aliquid gratis, & liberè donare volentem, vnio duarum naturarum in Chriſto eſt facta per gratiam [b].

Probatur; nam illud diuino voluntatis dono gratis, & liberè fit, quod nec neceſſariò efficit Deus, neque præcedentis meriti intuitu.

Sed vnio duarum naturarum in Chriſto nec neceſſariò eſt a Deo, ſed liberè [c], cum ſit in tempore:

Nec aliquod præceſſit Hominis meritum, cui de condigno tanquam præmium deberetur vnio duarum naturarum in Chriſto; quia per hanc vnionem Chriſtus eſt, qui eſt principium [d] meriti, quod non cadit ſub meritum.

Gratis ergo & libera Dei voluntate facta eſt vnio duarum naturarum in Chriſto, quam nec

Abra-

[a] S. Damaſc. lib. 1. orth.Fid. c. 10. & lib. 3. c. 2. 3. 4. & ſeqq. Magiſt. in 3. diſt. 6. S.Tho. 3. p. q. 2. ar. 1. ad 2. art. 2. ad 1. & ar. 4. & 5. Scot. in 3. diſt. 5. & 6.

[b] Chryſoſt. hom. 49. in Gen. S. Aug. lib. 2. de Præ- deſt. Sanctorum c. 15. & lib. 13. de Trinit. cap. 19. Magiſt. in 3. diſt. 4. S.Tho. 3. p. q. 2. ar. 10. S. Bonau. in 3. diſt. 2. art. 3. q. 2. & diſt. 4. ar. 2. q. 3. Scot. in 3. diſt. 2. q. 1. §. Ad vltimum dico.

[c] Pſal. 73. Ad Rom. 5. & 9. Ad Titum 3. S. Aug. lib. de Prædeſt. Sanctorum c. 15. S.Tho. 3. p. q. 2. ar. 11. S. Bonau. in 3. diſt. 4. ar. 2. q. 1. 2. & 3. Scot. in 3. diſt. 2. q. 2. & diſt. 16. q. 2. & in 4. diſt. 1. q. 3. §. De primo dico.

[d] Ioan. 1. Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 3. 4. 5. 6. 7. 9. 10. 14. & 16. & can. 2. 10. 11. & 12. S. Greg. lib. 13. Moral. cap. 20. S.Tho. 3. p. q. 2. ar. 11. S. Bonau. in 3. diſt. 4. ar. 2. q. 1.

Abraham [a] meruit, nec alius purus Homo mereri [a] potuit.

Quod ſi Geneſis 22. facta ſit promiſſio Incarnationis Abrahæ, qui rem dignam fecit vt ex eius ſemine naſceretur Chriſtus:

Non tamen meruit Abraham vt ſimpliciter naſceretur Chriſtus; ſed diuino ſuppoſito decreto quo vnigenitus Dei Filius erat in mundum mittendus vt per [b] ipſum ab interitu animę genus humanum liberaretur; eam incarnationis meruit conditionem, vt ſcilicet ex eius ſemine [c] Verbum carnem ſumeret.

Sicut potuit & glorioſa Virgo mereri [d] vt Chriſti mater eſſet.

Non enim Chriſtus Dominus ideo eſt principium meriti, quia aut ex ſemine Abrahæ ſit, aut ex Maria Matre carnem ſumpſerit.

Nam ſi ex alio ſemine, aut alia Matre natus fuiſſet,

[a] Pſal. 8. Lucæ 1. Ioan. 1. & 3. Ad Epheſ. 2. 1. ad Timot. 3. Ad Titum 2. & 3. Ad Hebr. 2. Irenæus lib. 5. contra hæreſes c. 2. S. Hieron. lib. 1. contra Pelagianos. S. Auguſt. lib. de Præd. Sanctorū c. 15. de bono perſeuerant. cap. vlt. de corrept. & gratia c. 11. in Enchir. c. 36. & 40. lib. 13. de Trinit. c. 17. & tract. 2. in Ioan. Magiſt. in 3. diſt. 4. S. Tho. 3. p. q. 2. ar. 11. S. Bonau. in 3. diſt. 4. ar. 2. q. 1.

[b] Conc. Lugdun. 2. ſub Greg. X. in epiſt. Michaelis ad eundem Gregorium. S. Hyppolitus Martyr de Theologia, & Incarnat. contra Beronem, & Helicen hæreticos, & de Deo trino, & vno, & de Incarnat. contra hæreſim Noeti, tom. 3. mag. Bibliot. veterum Patrum. S. Baſil. in lib. de Spiritu ſancto ad Amphilochium cap. 8. Chryſoſt. hom. 3. in cap. 1. & hom. 6. in cap. 2. ad Coloſ. S. Anſel. lib. 1. cur Deus Homo c. 20. & ſeqq. & in lib. de excellentia B. Mariæ Virginis cap. 9. 10. 11. & 12. S. Bernar. ſerm. 8. in cœna Domini.

[c] Gen. 22. Pſal. 131. Ad Galat. 4. Chryſoſt. homil. 47. in Gen. S. Tho. 3. p. q. 2. ar. 11. S. Bonau. in 3. diſt. 4.

[d] Canit Eccleſia in Antiphona, Regina cæli &c. S. Epiphan. hæreſi 78. contra Antidicomarianitas. S. Baſilius hom. de humana Chriſti generat. S. Ambr. ep. 82. ad Siricium, & lib. 2. de Virginibus. S. Hieron. in ep. 22. ad Euſtochium, de cuſtodia Virginitatis, & dialogo 1. contra Pelag. S. Prudentius in Cathemerino. S. Chryſoſt. hom. 49. in Gen. S. Auguſt. in lib. de natura, & gratia c. 36. & ſerm. 20. de Natiu. S. Fulgent. de Incarnat. & gratia cap. 7. Chryſol. ſerm. 143. Euſeb. Emiſſenus hom. in Feriam 4. poſt Dominicam 3. Aduentus, tom. 5. mag. Bibliot. vet. Patr. p. 1. Ioannes Maxentius dialogo 1. contra Neſtorianos, tom. 6. mag. Bibliot. vet. Patrum p. 1. S. Greg. cap. 1. in lib. 1. Reg. S. Damaſc. lib. 4. orthod. Fid. c. 15. S. Anſel. de laudibus Virginis cap 8. S. Bernard. ſerm. 1. & 4. de Aſſumpt. & ſerm. de Natiu. B. Mariæ. S. Tho. 3. p. q. 2. ar. 11. ad 3. S. Bonau. in 3. diſt. 4. ar. 2. q. 2.

fuiſſet, adhuc Homo & Deus eſſet, infiniti valoris ac meriti exercere potens opera, quibus dignè pro peccatis Hominum, & ex iuſtitia ſatiſfacere potuiſſet.

Hinc etiam deducitur. Si gratię nomen accipiatur pro dono [a] ſeu re quæ gratis datur, vnio duarum naturarum in Chriſto eſt facta per gratiam; quia illam gratis donauit Deus; vt patet ex ijs quæ hîc immediatè ſupra dicta ſunt.

Dicendum ſecundo. Si gratiæ nomine intelligamus caritatem, aut habitualem gratiam, ſecundum quam qui eam habet eſt carus, & gratus Deo, per ſimilitudinem diuinæ conſors factus naturæ; quamuis hæc in Chriſto maxima fuerit, non eſt tamen hæc gratia vnio [b] duarum naturarum in Chriſto, ſecundum quam & Verbum caro factum eſt; & poſt aſſumptionem hic Homo qui eſt Chriſtus, verè dicitur Deus.

Probatur; Nam gratia hoc modo ſumpta in omnibus [c] reperitur iuſtis, ſecundum quam ſunt grati Deo, & per adoptionem [d] Filij.

At Chriſtus Dominus non eſt per adoptionem

[a] S. Aug. in Enchir. cap. 37. & 41. Chryſoſt. homil. 49. in Gen. Magiſt. in 3. diſt. 4. S. Thom. 3. p. q. 2. art. 10. S. Bonau. in 3. diſt. 4. ar. 2. q. 1. Scot. in 3. diſt. 2. q. 2.

[b] S. Tho. 3. p. q. 2. art. 10. S. Bonau. in 3. diſt. 2. ar. 3. q. 2. Scot. in 3. diſt. 2. q. 1. §. Quantum ad 2. Bellarm. tom. 1. controu. lib. 3. de Incarnatione cap. 8.

[c] Ad Rom. c. 5. & 8. Conc. Francofor. ſub Hadriano I. cont. Elipandum, & Felicem, ac eorum hæreſim. Conc. Triden. ſeſſ. 6. cap. 2. & 4. Nazianz. in epiſt. ad Chelidonium. S. Cyrill. Alex. in ep. 1. Synodali Concilij Epheſini ad Neſtor. S. Greg. Mag. in c. 1. Iob. Adrianus Papa I. in ep. ad Epiſc. Gallicię, & Hiſpaniarũ de errore Elipandi. Primaſius comment. in ep. ad Coloſ. tom. 6. magnæ Bibliot. veterum Patrum p. 2. S. Tho. 3. p. q. 2. art. 10. in 3. arg. & ad 3.

[d] Ioan. 1. Ad Rom. 8. & 9. Ad Epheſ. 1. Ad Galat. 4. Ad Titum 3. Iacob. 1. 1. Petri 1. & 3. 1. Ioan. 3. S. Cyprian. in expoſit. orat. Dominicæ. S. Athan. orat. 2. contra Arianos, & in ſerm. de Paſſione, & Cruce Domini. S. Baſil. lib. 4. contra Eunom. S. Aug. ep. 120. cap. 4. & lib. 3. contra Fauſtum c. 3. Chryſoſt. hom. 22. in Gen. hom. 13. in Ioan. hom. 14. in epiſt. ad Rom. Cyrill. Alex. lib. 1. in Ioan. c. 14.

nem Filius, ſed naturalis [a], cum eius humana natura aſſumpta fuerit ad ſubſiſtendum ſubſiſtentia Verbi, ſecundum quam hic Homo qui eſt Chriſtus, eſt perſona Verbi; & per conſequens naturalis Filius Dei: in cuius Anima quamuis ſit donum gratiæ habitualis, & quæ ipſum ſequuntur virtutes; non ſequitur tamen Chriſtum Dominum Filium eſſe adoptiuum.

Nam virtutes, & gratia dantur Chriſto Domino tanquam ornamenta naturali debita Filio; ſecundum quam rationem gratia, & caritas ſi dentur, non faciunt recipientem per adoptionem Filium.

In quo enim omnis plenitudo [b] diuinitatis corporaliter inhabitat per hypoſtaticam vnionem Verbo terminatam, non adoptiuus, ſed naturalis eſt Filius.

[a] Pſal. 2. & 109. Prouerb. 8. Matth 3. 16. 20. & 26 Lucæ 1. Ioan. 1. 5. 6. 8. 10. 12. 14. 15. 16. 17. 20. & 22. Ad Rom. 1. & 8. Ad Galat. 4. Ad Philip. 2. Ad Hebræos 1. 1. Ioan. vlt. Concil. Nicænum in Symbolo. Conc. Lugdunenſe 2. ſub Greg. X. in epiſt. Michaelis Imperat. ad eundem Gregorium. Conc. Foroiulienſe ſub Adriano I. a Paulino Aquileienſi celebratum in cauſa ſanctiſs. Trinitatis, & Incarnat. Verbi. Conc. Ratiſponenſe ſub Adriano I. in quo Felix Vrgelitanus Epiſcopus condemnatus eſt. Concil. Francofordienſe ſub Adriano I. per totum contra Elipandum, & Felicem. Adrianus I. Papa in ep. ad Epiſcopos Hiſpaniæ, & Galliciæ de errore Elipandi Epiſcopi Toler. S. Hyppolitus Epiſc. Portuenſis de Deo trino, & vno, & de myſterio Incarn. contra hæreſim Noeti, tom. 3. mag. Bibliot. vet. Patrum. S. Athan. in Symb. S. Baſil. lib. 4. contra Eunom. Nazianz. in epiſt. ad Chelidonium. S. Ambr. in lib. de Incarnat. Domin. ſacram. cap. 8. B. Vigilius Epiſc. Trident. in Diſp. de Chriſto, & Fide ſanctiſs. Trinit. inter Sabellium, Fotinum, Arium, & Athanaſium, tom. 5. mag. Bibliot. vet. Patrum 3. p. S. Anſel. in lib. de excelientia B. Virginis c. 3. S. Bernar. ſerm. 5. in die Natalis Domini. Magiſt. in 3. diſt. 4. & 10. S. Tho. 3. p. q. 23. ar. 2. 3. & 4. Scot. in 3. diſt. 4. q. 1.

[b] Apoſtolus ad Coloſ. 1. & 2. Conc. Francoford. ſub Adriano I. contra Elipandum, & Felicem in libello ſacroſyllabo, &c. S. Ambr. in c. 2. ad Coloſ. S. Hier. in c. 2. ad Coloſ. S. Chryſoſt. hom. 3. in c. 1. ad Coloſ. & hom. 6. in c. 2. ad Coloſ. S. Aug. ep. 57. ad Dardanum. Theodor. in c. 2. ad Coloſ. S. Proſper ſententia 293. S. Fulgent. in lib contra ſermonem Faſtidioſi Ariani. Gelaſius de duabus in Chriſto naturis contra Eutychetem, & Neſtorium, tom. 5. mag. Bibliot. vet. Patrum 3. p. Anaſtaſius Sinaita in lib. Viæ dux c. 16. tom. 6. magnæ Bibliotecæ veterum Patrum p. 1. Primaſius commenr. in epiſt. S. Pauli ad Coloſ. tom. 6. mag. Bibliot. veterum Patrum p. 2. S. Tho. 3. p. q. 2. ar. 10. ad 2.

CAPVT III.

De aſſumente Perſona.

HYpoſtatica vnio quamuis non ſit pura relatio, de genere tamen eorum eſt quæ ad aliud [a] dicuntur, nec ſine ſubiecto, ac termino intelligi poteſt, qui etiam eſt ejus efficiendi [b] principium, ad quem relatiuè dicitur. quod vt intelligatur magis;

QVÆRITVR PRIMO.

Vtrum Aſſumere naturam creatam conueniat Perſonæ Diuinæ, an Naturæ.

REſpondetur, dicendum primo. Propriè, & per ſe aſſumere conuenit perſonæ [c] diuinæ.

Probatur. Illud propriè, & per ſe dicitur aſſumere naturam creatam, quod producendo vnionem illius eſt terminus.

Sed

[a] Gelaſius de duabus in Chriſto naturis adu. Neſtoriū, &c. tom. 5. mag. Bibliot. vet. Patrum p. 3. Magiſt. in 3. diſt. 2. S. Tho. 3. p. q. 3. ar. 2. S. Bonau. in 3. diſt. 1. ar. 1. q. 1. Scot. in 3. diſt. 1. & 2. Bellarm. tom. 3. controu. lib. 3. de Incarnat. cap. 8.

[b] Ad Philip. 2. Ad Hebr. 2. Concil. Francoford. ſub Hadriano I. in libello ſacroſyllabo. Magiſt. in 3. diſt. 1. S. Tho. 3. p. q. 2. ar. 1. 2. & 7. & q. 3. ar. 1. & ſeqq. S. Bonau. in 3. diſt. 1. ar. 1. q. 2. Scot. in 3. diſt. 1. q. 1. 2. 3. 4. & 5.

[c] Conc. Chalcedonenſe act. 5. Quinta Synod. gener. cap. 5. Sexta Synodus gen. act. 4. & 8. Conc. Later. ſub Martino I. can. 2. 7. & 8. Conc. Tolet. 6. & 11. in principio. S. Dionyſ. c. 2. de diu. nom. p. 1. Elias Cretēſis in orat. 51. Nazianzeni, §. At inquit. S. Aug. in lib. de hæreſibus c. 41. S. Fulgent. in lib. de Fid. ad Petrum c. 2. Agatho Papa in ep. ad ſextam Synodum quæ habetur in eadem Synodo act. 4. Damaſc. lib. 3. de Fid. cap. 6. & 10. Nicetas lib. 3. Theſau. cap. 34. tom. 12. mag. Bibliot. vet. Patrum p. 1. S. Anſel. lib. de Incarnat. Verbi cap. 1. & 4. S. Tho. 3. p. q. 3. art. 1. & ſeqq. S. Bonau. in 3. diſt. 1. ar. 1. q. 2. & diſt. 5. ar. 1. q. 1. Scot. in 3. diſt. 1. q. 5. §. In iſta quæſtione, & in ſolut. ad 2. & diſt. 5. q. 1. Bellarm. tom. 1. controu. lib. 3. de Incarn. c. 8.

Sed perſona diuina ita hypoſtaticam producit vnionem, vt illius per ſe, ac formaliter terminus [a] ſit.

Primò igitur & per ſe diuinæ perſonæ aſſumere conuenit.

Dicendum ſecundo. Naturæ [b] diuinæ creatam conuenit aſſumere naturam, non primò, & per ſe, ſed ratione perſonæ.

Probatur. Quod ita eſt producendi principiũ illius nexus quem hypoſtaticam dicimus vnionem, vt ratione perſonæ ſit terminus, ratione illius etiam aſſumere dicitur naturam creatam.

Verum natura diuina ita eſt producendi principium vnionis hypoſtaticæ, vt ratione perſonæ illius ſit terminus.

Non enim eſt in natura [c], ſed in perſona

 duarum

[a] S.Tho. 3. p. q. 2 ar. 1. 2. & 7. & q. 3 ar. 1. & deinceps.

[b] Conc. Chalcedonenſe act. 1. Quinta Synodus gen. collat. 8. can. 8. Sexta Syn. gen. act. 11 Conc. Later. ſub Martyno I. can. 5. S. Athan. in Symb. S. Hilar. li. 12. de Trin. Nazian. orat. 1. & 51. S. Hieron. de Symbolo Fidei ad Damaſũ. S. Aug. lib. 1. de Trin. cap. 7. & 11. in Enchir. c. 34. & ep. 57. S. Cyrill. ep. 2. ad Succeſſum, epiſt. 29. ad Acacium, & ep. 30. ad Eulogium. S. Leo ep. 10. ad Flaulanum. Gelaſius in lib. de duab. naturis, tom. 5. mag. Bibliot. veterum Patrum 3. p. Petrus Diaconus in lib. de Incar. ad Fulgent. c. 2. tom. 6. mag. Bibliot. vet. Patrum p. 1. S. Fulgent. lib. de Fid. ad Petrum Diaconum c. 2. & q. 2. ad Ferrandum. Ioannes Maxentius in profeſs. ſuæ Fid. tom. 6. mag. Bibliot. vet. Patrum p. 1. S. Sophronius in ep. quæ habetur in 6. Synod. act. 11. Leontius Bizant. lib. contra Neſtorianos, &c. tom. 6. mag. Bibliot. vet. Patrum p. 1. S. Damaſc. lib. 3. orthod. Fid. cap. 6. & 11. Nicetas lib. 3. Theſaur. c. 34. & 35. tom. 12. mag. Bibliotecæ veterum Patrum p. 1. Magiſt. in 3. diſt. 5. S. Thom. 3. p. q. 3. ar. 2. S. Bonau. in 3. diſt. 1. ar. 1. q. 1.

[c] Septima Synod. gen. act. 4. & 6. Conc. Foroiulienſe ſub Adriano I. à Paulino Aquileienſi celebratum in cauſa SS. Trinitatis, & Incarnat. Verbi diuini. Conc. Francoford. ſub Adriano I. contra Elipandum, & Felicem. Conc. Lugdun. 2. ſub Gregorio X. in ep. Michaelis Imper. ad eundem Gregorium. Nazian. orat. in die Natalis Domini. Amphilochius Epiſcopus Iconij ſerm. in diem ſancti Sabbati, tom. 4. magnæ Bibliotecæ vet. Patrum. Nyſſen. in lib. contra Eunomium. S. Aug. tract. 28. in Ioan. & lib. de Fid. ad Petrum c. 2. Gelaſius lib. de duabus naturis, tom. 5. mag. Bibliot. veterum Patrum 3. p. S. Remigius Rhemenſis in explanat. c. 3. ep. ad Epheſ. tom. 5. mag. Bibliot. vet. Patrum 3. p. Vigilius Epiſc. Trident. in diſput. de Chriſto, & ſanctiſs. Trinit. & lib. 1. 2. &c. contra Eutychetem, & alios hæreticos, tom. 5. mag. Bibliot. vet. Patr. 3. p. S. Damaſc. lib. 3. orthod. Fid. c. 3. 4. & 5. S. Anſel. de Incarn. Verbi c. 5. lib. 2. cur Deus Homo c. 7. & 9. & de excellentia B. Mariæ Virginis c. 3. & ſeqq. S. Bernard. ſerm. 5. in Natali Domini. S. Tho. 3. p. q. 2. ar. 1. 2. & ſeqq. & q. 3. ar. 3. ar. 1. 2. & deinceps.

duarum naturarum in myſterio Incarnationis facta vnio.

Naturæ igitur diuinæ ratione perſonæ humanam naturam aſſumere conuenit.

Non tamen valet inferre [a] ex eo quod natura diuina ratione perſonæ cui eſt idem, dicatur aſſumere naturam humanam;

Ergo & Patri, & Spiritui ſancto qui ſunt idem cum eſſentia diuina, ratione eſſentiæ ſeu diuinę ſubſtantię naturam aſſumere humanam conueniet.

Naturæ namque diuinæ [b] aſſumere conuenit quatenus eſt idem cum Verbo ſeu Filio, qua ratione Filius relatiuè opponitur Patri, & Spiritui ſancto, & ab vtroque diſtinguitur.

Non autem ratione alicuius abſoluti prædicati, quod ſit idem [c] in tribus diuinis perſonis.

Secunda igitur diuina perſona vt relatione, ac perſonali proprietate ab alijs diſtincta, humanam ad ſe aſſumens naturam, illam terminando perficere poteſt, ineffabili ſed vero modo eidem ſubſiſtentiam communicando ita, vt per eam Chriſtus Dominus Homo ſit, & Deus, natura multiplex, perſona & hypoſtaſi vnus.

OBII-

a S.Tho. 3. p. q. 3. ar.2. in 2. arg. & ad 2. S Bonau. in 3. diſt. 5. ar. 1. q. 1. Scot. in 3. diſt. 5. q. 1.

b S.Tho. 3. p. q. 3. a. 2. S. Bonau. in 3. diſt. 5. art. 1. q 3. Scot. in 3. diſt. 1. q. 5. & diſt. 5.

c Septima Synodus gen. act. 3. Concil. Foroiulienſe ſub Adriano I. in cauſa SS. Trinit. & Incarnat. Domini in Symbolo Fidei. Conc. Later. ſub Innocet. III. cap. Firm. de ſum. Trin. & Fid. cath. Concil. Tolet. 11. in profeſs. Fid. S. Dionyſ. c. 2. de diu. nom. S. Athan. lib. 2. de propriet. perſon. ad Theophilum. S. Hilar. in lib. de Synodis. S. Baſil. hom. de Fide, & lib. 1. & 2. contra Eunom. Nazian. orat. 23. 25. & 37. S. Aug. lib. 1. de Trin. c. I. & 2. lib. 5. c. 10. & 11. & ſerm. 1. & 6. in feſto SS. Trinit. S. Cyrill. Alex. lib. 3. Theſaur. c. 1. & 8. lib. 7. c. 1. lib. 12. c. 13. & lib. 11. in Ioan. c. 2. S. Leo ſerm. 1. & 3. de Pentec. Boetius lib. 1. de Trinit. c. 12. S. Damaſc. lib. 1. orth. Fid. c. 2. 8. & 10. S. Bernar. lib. 5. de conſid. c. 7. & 8. S. Tho. p. 1. q. 28. ar. 3. q. 30. ar. 2. q. 32. ar. 2. & 3. q. 36. ar. 2. & 4. q. 37. ar. 2. q. 40. ar. 1. & 2. q. 41. ar. 6. & 3. p. q. 3. ar. 2. ad 2. & q. 16. ar. 1. in 4. arg. S. Bonau. in 3. diſt. 5. ar. 1. q. 1. Bellarm. tom. 1. controu. lib. 2. de Chriſto cap. 22. & lib. 3. de Incarnat. cap. 8.

OBIICIES PRIMO.

PErſona [a] eſt naturæ intellectualis, ſeu rationalis indiuidua ſubſtantia, quæ ideo indiuidua dicitur; quia alteri communicari [b] non poteſt: quod enim indiuiduum completum ſubſtantiæ eſt, in alio reperiri repugnat.

Perſonæ igitur diuinæ quæ maximè perfecta eſt, alteri ſe communicare repugnat.

Verum in aſſumptione humanitatis ad ſe, illam perficiendo, eidem ſe communicaret.

Ergo non poteſt diuina perſona naturam aſſumere humanam.

Reſpondetur. Perſona indiuidua, & incommunicabilis dicitur; quia non poteſt eſſe in pluribus ſuppoſitis [c], nec de illis prædicari.

Non enim hic Homo de pluribus Hominibus prædicari poteſt; verumtamen de perſona poſſunt multa prædicari; quinimo genera, ſpecies, & differentiæ, proprietates, & accidentia indiuiduo, & ſuppoſito inſunt [d], & de illo prædicantur [d]. Et ideo ſuppoſitum quod eſt prima ſubſtantia, nec in alio eſt, nec de alio prædicatur.

Quam-

[a] Boetius in lib. de duabus naturis. Odo Epiſc. Cameracenſis lib. 2. opuſculorum ſacrorum cap. de Perſona, tom. 15. magnæ Bibliot. veterum Patrum in ſupplemento. Magiſt. in 3. diſt. 5. S.Tho. p. 1. q. 29. ar. 1. & 2. & 3. p. q. 2. ar. 2. & 3. & q. 4. a. 2. S. Bonau. in 3. diſt. 5. ar. 1. q. 2. & ar. 2. q. 2. Scot. in 3. diſt. 5. q. 2. Bellar. lib. 2. de Chriſto c. 4. & 5. & lib. 3. de Incar. c. 8. tom. 1. controu.

[b] S.Tho. p. 1. q. 29. ar. 1. & 3. p. q. 3. ar. 1. in 2. arg. S. Bonau. in 3. diſt. 5. ar. 1. q. 2. & ar. 2. q. 2. Scot. in 3. diſt. 1. q. 1. diſt. 2. q. 2. & diſt. 5. q. 2.

[c] S. Bonau. in 3. diſt. 5. ar. 1. q. 2.

[d] Ariſt. in Antepræ dicam. cap. 5. in lib. Prædicam. c. de ſubſtantia. lib. 1. de partibus animalium c. 4. lib. 5. Meth. cap. 8. tex. 15. & lib. 7. ſum. 2. c. 1. tex. 7. Ammonius in Comment. cap. 1. lib. Prædicam. Ariſt. de Subſtantia. Alexander Aphrodiſienſis enar. in lib. 5. Meth. Ariſt. cap. 15. & enar. in lib. 7. cap. 5. Auerroes tract. 2. in Prædicam. Ariſt. ſerm. de Prædicamento ſubſtantiæ, & Comment. in cap. 8. lib. 5. & in cap. 1. ſum. 2. lib. 7. Meth. Ariſt. Theodorus Abucara Epiſc. Cariæ in explanat. vocum quibus Philoſophi vtuntur, &c. tom. 9. mag. Bibliot. vet. Patrum p. 2. S. Tho. comment. in lib. 5. Meth. Ariſt. lect. 10. & in lib. 7. lect. 2.

Quamobrem non eſt abſurdum nec quicquam contra rationem perſonæ dicitur, ſi in hypoſtaſi Verbi poſt humanitatis aſſumptionem plures reperiantur naturæ quæ de illo prædicari poſsint; ſuo tamen modo. Nam nec poſt aſſumptam carnem poteſt dici, Verbum eſt natura [a] humana, ſed Homo.

Quod ſi dicas. Homo eſt ſuppoſitum, & perſona.

Sed ſuppoſitum [b], & perſona non poteſt de perſona prædicari.

Igitur Homo quod eſt naturæ humanæ concretum, hypoſtaſis, ſeu perſona, non poteſt de Verbo prædicari quod eſt indiuiduæ Trinitatis ſecunda perſona, quæ vice verſa ob eamdem rationem non poterit de Homine prædicari.

Reſpondetur. Hic Homo qui eſt Chriſtus Dominus, ſuppoſitum eſt, ſeu perſona indiſtincta [c] in ratione hypoſtaſeos, ſeu perſonæ a Verbo; & ideo hic Homo poterit de Verbo prædicari, & vice verſa: nec tamen erit identica propoſitio; quia idem ſuppoſitum de ſe ipſo prædicatur vt in alia, & alia ſubſiſtens natura. Nam quando dicitur, Verbum eſt hic Homo, prædicatur ſuppoſitum Verbi de Verbo vt in natura humana ſubſiſtens. Cum verò dicitur, hic Homo eſt Verbum, prædicatur Verbum de Homine qua ratione eſt ſubſiſtens in natura diuina, quæ in concreto ſumpta poteſt de aſſum-

pto

[a] S. Tho. 3. p. q. 3. art. 7. ad 3. & q. 16. art. 1.
Bellar. tom. 1. contr. lib. 3. de Incarn. c. 9.
Suarez tom. 1. in 3. p. q. 16. diſp. 35. ſect. 2.

[b] Theodorus Abucara Epiſc. Cariæ in explanat. vocum quibus Philoſophi vtuntur, &c. tom. 9. mag. Bibliot. vet. Patr. 2. p.
S. Tho. 3. p. q. 3. ar. 1. ad 3. & q. 16. ar. 1.
S. Bonau. in 3. diſt. 5. ar. 1. q. 2.
Scot. in 3. diſt. 5. q. 2.

[c] S. Leo ſerm. 1. & ſeqq. in Epiphania Domini.
Theodorus Abucara Cariæ Epiſc. in cõfutatione hæreſis Acephalorum &c. & in epiſt. Fidei orth. &c. tom. 9. mag. Bibliot. vet. Patrum p. 2.
S. Bernar. hom. in Dominica infra octauam Epiphaniæ.
Magiſt. in 3. diſt. 1. 2. & ſeqq.
S. Tho. 3. p. q. 2. ar. 1. 2. & ſeqq. q. 3. ar. 1. & deinceps. & q 16. ar. 1. 2. 3. 4. & ſeqq.
S. Bonau. in 3. diſt. 2. & ſeqq.
Scot. in 3. diſt. 2. 5. & 6.
Bellarm. tom. 1. controu. lib. 3. de Incarn. cap. 8.

pto Homine prædicari. vniuntur namque in eadem hypoſtaſi, ſeu perſona[a] duæ naturæ [a] in Chriſto.

Quarè abſque naturarum confuſione poteſt Deus de Homine, & Homo de Deo prædicari per ſe, cum ſint vnum ſuppoſito ſecundum eam rationem, quæ eſt formaliter conſtitutiua ſuppoſiti, quæ eſt ſubſiſtentia; nam & quæ per accidens ſunt idem ſubiecto, ſeu ſuppoſito, poteſt vnum de alio prædicari, & vice verſa: ſi enim quis ſit ſimul grammaticus, & albus, poteſt dici, hic grammaticus eſt albus, & vice verſa.

OBIICIES SECVNDO.

Si naturæ diuinæ conueniret aſſumere, illi conueniret eſſe principium quod agendi. aſſumere namque agere eſt.

Verum natura eſt principium quo agendi, non autem quod.

Non igitur naturæ diuinæ conuenit humanam ad ſe ſumere naturam.

Reſpondetur. Natura diuina cum ſit idem cum perſona, eſt id [b] quo perſona agit, & agens perſona. inter naturam enim, & perſonam non eſt relatiua oppoſitio: quarè quod de perſona

[a] Conc. Conſtantinop. ſub Agapeto, & Menna contra Anthimum, Seuerũ, alioſq. Acephalorum Principes act. 1. in libello Imperat. oblato poſt obitum Agapeti; & act. 5. in libello epiſtolarum ad Imperat. cõtinente confeſsionem Fidei orthod. Quinta Synod. gener. collat. 6. & 8. Septima Synod. gen. act. 1. 2. 3. 4. & 6. Conc. Foroiulien. ſub Adriano I. in Symbolo Fidei. Conc. Frãcoford. ſub Adriano I. contra Elipandum, & Felicem in lib. ſacroſyllabo. S. Leo Mag. ep. 83. ad Epiſcopos Paleſtinæ. Theodorus Presbyter Antioch. de Incarn. Domini contra hęreſes tom. 5. magnæ Bibliot. vet. Patr. 3. p. Vigilius Papa in Conſtituto de trib. capitulis ad Iuſtinianum Auguſtum, & habetur tom. 2. Conc. Gener. & Prouinc. p. 2. Adrianus I. Papa in ep. ad Taraſium, quæ habetur in ſeptima Synodo act. 2. & in epiſt. ad Epiſcopos Galliciæ, & Hiſpaniarum de errore Elipandi Epiſc. Tolet. Theodorus Agiopolitanus diſp. 3. cum Neſtoriano, tom. 15. mag. Bibliot. veterum Patrum in ſupplemento. S. Anſel. in lib. de excellentia B. Mariæ Virginis cap. 1. & ſeqq.

[b] S. Thom. 3. p. q. 3. art. 2. ad 3. & art. 3.

ſona prædicatur, poteſt & de natura prædicari, vnam ſi excipias relatiuam perſonarum oppoſitionem. Natura enim nulli perſonæ relatiuè opponitur.

Nam natura diuina licet ſit Pater qui generat, Filius qui generatur, & Spiritus ſanctus qui procedit; non tamen generat [a], aut generatur; ſpirat, aut procedit.

Quod ſi naturam diuinam interdum genitam legas [b]; Geniti [c] voce intellige illud, quod generatione communicatur, non autem generationis terminum, qui eſt perſona Filij per veram generationem à Patre procedens.

QVAERITVR II.

Vtrum Perſona Verbi duas naturas humanas aſſumere poſsit.

Reſpondetur dicendum. Perſona Verbi duas [d] poteſt humanas naturas aſſumere.

Probatur. Aſſumere [e] eſt vnionem hypoſtaticam in natura quæ aſſumitur ita producere, vt quod efficiendi principium eſt, illud idem ſit terminus.

Sed poſt vnam aſſumptam humanitatem Verbo non deeſt potentia producendi, & vis terminandi.

Duas

[a] Concil. Later. ſub Innoc. III. cap. Dam. de ſum. Trinit. & Fid. cath. S. Aug. lib. 1. de Trin. c. 1. & lib. 7. c. 1. & 6. Magiſt. in 1. diſt. 5. S. Tho. p. 1. q. 39. ar. 5 Bellar. lib. 2. de Chriſto c. 7. & 8. Nos ſup. Tract. 2. de Deo Vno & Trino, cap. 2. quæſ. 2. cap. 3. quæſ. 1. cap. 9.

[b] S. Auguſt. lib. 7. de Trin. c. 1. & 2. Fulgent. lib. de Fid. ad Petrum cap. 2.

[c] S. Tho. p. 1. q. 39. ar. 5. ad 1.

[d] S. Auguſt. epiſt. 3. ad Voluſianum. S. Tho. 3. p. q. 3. ar. 7. Scot. in 3. diſt. 1. q. 3.

[e] Magiſt. in 3. diſt. 1. & 5. S. Tho. 3. p. q. 3. ar. 1. & ſeqq. & q. 6. ar. 1. ad 1. & ar. 5. ad 3. S. Bonau. in 3. diſt. 1. art. 1. q. 2. & diſt. 5. art. 1. q. 2. Scot. in 3. diſt. 1. q. 1.

Duas igitur Verbum naturas aſſumere poteſt humanas.

Subſiſtentia namque Verbi ſecundum quam eſt formalis[a] terminus vnionis hypoſtaticæ, infinita eſt, ſicut infinita[b] eſt diuina Natura, cui eſt idem ſubſiſtentia; ſeu quod idem eſt Verbi perſonalis proprietas.

Nec eſſent poſt aſſumptionem humanitates illæ Homines duo[c]; ſed vnus tantum. ad multiplicationem enim ſubſtantialium[d] concretorum quæ abſoluta ſunt, non tantum naturæ, ſed & hypoſtaſeos multiplicatio requiritur. terminus namque abſolutus concretus primò & per ſe illud totum quod ex natura, & ſubſiſtentia eſt, ſignificat.

Vt multiplicetur igitur ſubſtantiæ concretum; & naturæ, & hypoſtaſes multiplicari debent.

Ergo duæ humanitates illæ ad vnitatem hypoſtaſeos aſſumptæ, non duo Homines, ſed vnus Homo eſſent; & quæ vnius humanitatis ſunt operationes, alteri in concreto ſumptæ per

[a] Sexta Synod. gen. act. 8. Conc. Tolet. 6. & 11. cap. 1. S. Dionyſ. c. 2. de diu. nom. p. 1. poſt med. Elias Cretenſis in orat. 51. Nazian. S. Damaſc. lib. 3. de Fid. cap. 6. S. Anſel. lib. de Incar. Verbi cap. 4. Nicetas lib. 3. theſau. c. 34. tom. 12. mag. Bibliot. vet. Patr. p. 1. S. Tho. 3. p. q. 3. ar. 1. & 2. S. Bonau. in 3. diſt. 1. ar. 1. q. 2. & diſt. 5. ar. 1. q. 1. Scot. in 3. diſt. 1. q. 5. In iſta quæſtione, & in ſolut. ad 2. & diſt. 5. q. 1.

[b] Pſal. 144. Baruch 3. Conc. Later. ſub Innocent. III. c. Firm. de ſum. Trin. & Fid. cath. S. Dionyſ. cap. 9. de diui nom. S. Hyppolitus Martyr Epiſcopus Portuenſis de Theologia, & Incarnat. contra Beronem, & Helicen hæreticos cap. 1. tom. 3. mag. Bibliot. veterum Patrum. S. Hilar. lib. 2. de Trin. & enar. in Pſal. 118. S. Baſil. hom. ad illa verba, In principio erat Verbum &c. Nazian. orat. 49. de Fide. Nyſſen. orat. in cap. 1. Ioan. S. Auguſt. enar. in Pſal. 85. Theodor. ſerm. 2. de Prouident. S. Fulgent. lib. 2. ad Monimum c. 7. & de Fide ad Petrum Diaconum c. 31. S. Greg. lib. 2. in Iob c. 7. Caſsiod. de Amicitia cap. de origine Amicitiæ. Iſidor. c. 1. de Vniuerſitatis diſpoſitione. Damaſcenus lib. 1. orthod. Fid. cap. 1. 2. & 4. S. Bernard. ſerm. 6. ſuper Cant. S. Tho. 1. p. q. 7. ar. 1. Scot. in 1. diſt. 8. q. 3.

[c] S. Tho. 3. p. q. 3. ar. 7. ad 2. Scot. in 3. diſt. 1. q. 3.

[d] S. Tho. 1. p. q. 36. ar. 4. ad 7. & q. 39. ar. 3. Scot. in 3. diſt. 12. q. 1. Nos ſupra tract. 2. de Deo Trino cap. 3. quæſt. 2.

communicationem idiomatum tribuerentur.

Quarè poſſet hic Homo ratione vnius humanitatis quieſcere, ratione alterius moueri; ſecundũ humanitatem vnam agere, ſecundum aliam pati: poſſentq. humanitates illæ inter ſe loco diſtare, diuerſis actionibus, & paſſionibus affici: ſicut & in triduo mortis anima, & corpus Chriſti Domini loco inter ſe diſtabant; cum in ſepulcro corpore manente, ratione animæ ad inferos Chriſtum Dominum deſcẽdiſſe orthodoxa doceat fides [a]: & tamen tam anima,

quàm

a Pſal. 15. ex B. Petro act. 2. Pſal. 107. ex S. Hilario in Pſal. 138. & S. Ambroſio in lib. de myſterio Paſchæ. Eccleſ. 24. Zachar. 9. ex Hieron. in eund. locum. Matth. 12. ex Irenæo lib. 5. circa finem, Tertull. lib. de Anima cap. 31. Ambr. c. 4. ad Epheſ. Nyſſeno orat. 1. de Reſurrectione. Hieron. in c. 2. Ionæ. Act. 2. ex S. Ambroſio ſerm. 74. de Martyribus, S. Aug. epiſt. 99. ad Euodium, & Beda in cap. 2. Act. Ad Rom. 10. Ad Epheſ. 4. ex S. Ambroſio, Hieron. & Chryſoſt. in eund. locum. 1. Petri 3. & 4. ex S. Iuſtino in dialogo cum Triphone, Irenæo lib. 3. c. 23. Clemente Alex. lib. 6. Strom. Athan. in ep. ad Epictetum, & in lib. de Incarn. Chriſti. S. Hilar. in Pſal. 118. in illud, Defecerunt oculi mei, &c. Epiphanio hæreſi 77. Ambroſio in c. 10. ad Rom. Cyrillo in lib. de recta in Deum fid. ad Theodoſium, & lib. 12. in Ioan. c. 36. Symb. Apoſt. Symb. Eccleſiæ. Symbolum S. Athanaſij. Conc. Tolet. 4. c. 1. Conc. Later. ſub Innoc. III. cap. Firm. de ſum. Trin. & Fid. cath. Conc. Lugdun. 2. ſub Greg. X. in ep. Michaelis Imp. ad eund. Pont. Catechiſmus Rom. in expoſit. art. 5. Symb. Apoſt. S. Ignatius in ep. ad Trallianos. Iuſtinus Martyr in dialogo cum Thriphone. Irenæus lib. 5. in fine. Tertull. in lib. de anima c. 31. 32. & 55. lib. 2. contra Marcionem cap. 4. & lib. 5. c. 10. Clemens Alex. lib. 6. Strom. c. 2. S. Hyppolitus Martyr in orat. de Antichriſto, tom. 3. mag. Bibliot. vet. Patr. Origen. hom. 15. in Gen. lib. 2. contra Celſum, & in c. 5. ep. ad Rom. S. Cyprian. ſerm. de vnctione Chriſmatis in fine. Greg. Neocæſarieñ. orat. in Epiphaniam, tom. 3. mag. Biblio. veterum Patrum. Euſæb. lib. 4. demonſtr. Euang. c. 12. S. Athan. in lib. de Incarn. poſt medium, & hom. de Semente. S. Hilar. in Pſal. 138. in illud, Si deſcendero in Infernum, ades, & lib. 10. de Trin. vltra medium. Cyrill. Hieroſ. catecheſi 4. & 14. S. Baſil. in Pſal. 44. & 48. Nazian. orat. 2. de Paſchate, circa fin. & orat. 35. Epiphanius in Ancor. S. Ambr. lib. 3. de Fid. c. 3. de myſterio Paſchæ c. 4. in c. 10. ad Rom. in c. 4. ad Epheſ. in lib. de Dominicæ Incarn. ſacram. c. 5. Nyſſenus orat. 1. de Reſurrect. Chriſti. S. Hieron. in c. 3. Eccleſ. in c. 13. Oſeæ, in c. 9. Zachar. & in c. 4. ad Epheſ. Chryſoſt. hom. 2. de Symbolo, & demonſt. adu. Gentiles, Quod Chriſtus ſit Deus. S. Aug ep. 57. ad Dardanum q. 1. ep. 99. ad Euodium tract. 78. in Ioan. lib. 17. de Ciu. Dei c. 11. lib. 20. c. 15. & in Pſal. 85. Cyrill. Alex. lib. de recta Fid. ad Theodoſium circa medim, & lib. 12. in Ioan. cap. 36. Theodor. in Pſal. 15. in illud, Non relinques animam meam in inferoum. Proclus Epiſc. Conſtantinop. de Fide ad Armenios, tom. 5. mag. Bibliot. vet. Patrum p. 1. Caſsian. de Canonico diurnarum orationum, & Pſalmorum modo lib. 3. c. 3. tom. 5. mag. Bibliot. veterum Patrum p. 2. Leo Mag. ſerm. 1. de Reſurrect. Domini. Vigilius lib. 2. con. Eutyche-

quàm corpus erant Verbo vnita *.

Nec in Homine illo duarum humanitatum corpora ſibi inuicem intimè præſentia fuiſſent; quia Homo ille ratione diuerſæ humanitatis in pluribus, ac valdè inter ſe diſtantibus locis exiſtere poſſet.

Neque hæc inter ſe etiamſi de eodem ſuppoſito prædicentur, pugnantia ſunt.

Ratione namque diuerſæ naturę, non ſecundum eamdem rationem de eodem ſuppoſito prædicarentur.

Sicut & de puro Homine in indiuiduo ratione corporis quædam prædicantur, quæ de eodem ratione animæ negari poſſunt.

OBIICIES PRIMO.

SI duæ humanitates à Verbo aſſumptæ poſtquam per hypoſtaticam vnionem intelliguntur ſubſtantiale concretum quod eſt abſolutum, eſſent vnus Homo, eidem ſuppoſito, Verbo nempè, eſſent ambæ intimè præſentes.

Ergo & ſibi ipſis: quæ enim eidem, ſi indiuiſibile præſertim ſit, intimè præſentia ſunt, inter ſe diſtare nequeunt.

Duę igitur humanitates aut nequeunt a Verbo

tem, tom. 5. mag. Bibliot. vet. Patr. p. 3. S. Fulgentius lib. 3. ad Traſimundum c. 23. & 35. Anaſtaſius Sinaita in Hexameron de opere ſeptimi diei, & de rectæ Fidei dogmatib. lib. 4. & 5. tom. 6. magnæ Bibliot. veterum Patrum p. 1. S. Greg. lib. 13. Moral. c. 20. & 21. & in expoſit. Pſal. Deprofundis. Beda lib. 3. in Iob c. 7. Damaſc. lib. 3. orth. Fid. c. vlt. & orat. de Fidelibus Defunctis. Bellarm. tom. 1. controu. lib. 3. de Incarnat. c. 12. & lib. 4. de anima c. 12. & ſeqq.

* Concil. Epheſ. in Symbolo. Concil. Tolet. 11. in confeſſ. Fid. S. Cyprian. de Cardinalibus Chriſti oper. Euſeb. Cæſar. lib. 1. Hiſtor. Eccleſ. c. 13. S. Athan. in epiſt. ad Epictetum. S. Hilar. ad Pſal. 53. S. Epiphan. hęreſi 69. contra Arianos. Theophilus Alex. ep. 2. Paſchali. Chryſoſt. hom. 4. in Marcum. Cyrill. Alex. de recta in Deũ Fid. ad Theodoſium Imperatorē. Titus Boſtrenſis ad cap. 23. Lucæ, tom. 4. mag. Bibliot. vet. Patrum. S. Bernar. ſerm. 75. ſuper Cant. Magiſt. in 3. diſt. 21. S. Thom. 3. p. q. 50. art. 2. 3. & ſeqq. S. Bonau. in 3. diſt. 21. Scot. in 3. diſt. 2. q. 2. & diſt. 21. Bellarm. tom. 1. controu. lib. 3. de Incarnat. cap. 8. & 19. & lib. 4. de Anima Chriſti c. 6. & ſeqq.

bo aſſumi, aut poſtquam aſſumptæ ſunt, inter ſe non poterunt loco diſtare.

Reſpondetur. ſi duæ a Verbo humanitates aſſumerentur, eſſent ambæ eidem Verbo, & toti intimè præſentes; non tamen adæquatè.

Quemadmodum Cælum, & quælibet Cæli pars eſt intimè præſens toti Deo, ſicut tota Terra, & quælibet eius pars, & quæcunque Cæli, ac Terræ ambitu continentur; non tamen hæc ſibi inuicem intimè præſentia ſunt, quia etſi eidem indiuiſibili intimè præſentia ſint, non tamen illi adæquatè coexiſtunt.

Immenſitate [a] namque Deus abſque vlla ſui mutatione maioribus, ac maioribus in infinitum corporibus coexiſtere poteſt, quæ tamen ſibi inuicem intimè præſentia naturaliter eſſe non poſſunt.

Quare nec Chriſti Domini humanitas eſt vbique [b] præſens, quamuis intimè ſit præſens Verbo, quod vbique reperitur.

Non enim adæquatè Verbo coexiſtit. Nam ita illi humanitati quam aſſumpſit præſens eſt Verbum, vt alijs etiam rebus præſens ſit, quibus non dat ſubſiſtere quemadmodum humanitati aſſumptæ ſubſiſtere tribuit, quam forma-

[a] Nos ſupra tract. 1. de Deo vno c. 10. de Scientia Dei quæſ. 2. & cap. 14. de Volunt. quæſ. 1. & tract. 2. de Deo Trino cap. 1. quæſ. 3.

[b] Matth. vlt. Marci 16. Lucæ 24. Ioan. 3. ex Chryſoſt. Auguſt. Cyrillo, & Beda in eund. locum. Ioan. 6. 11. & 14. Act. 1. & 2. 1. Theſſal. 4. Symbolum Apoſt. Symb. Eccleſiæ. Symbolum Athan. Conc. Nicænũ, Conſtantinop. Epheſ. & Chalcedonenſe in Symbolo. Quinta, & Sexta, Synod. gener. in Symb. Conc. Later. ſub Innocet. III. cap. Firm. S. Hilar. li. 10. de Trin. Cyrill. Hieroſol. catecheſi 14. in fine. Nazianz. epiſt. 1. ad Chelidonium. S. Ambr. lib. 2. de Fid. cap. 4. Chryſoſt. in illud Io. 3. Filius Hominis qui eſt in cælo &c. S. Auguſt. ep. 57. ad Dardanum, in lib. de Fid. & Symb. c. 6. in lib. de Agone Chriſtiano c. 25. & tract. 78. in Ioan. Cyrill. Alex. lib. 11. in Ioan. c. 21. Theod. dial. 2. & 3. S. Leo ſerm. 2. de Aſcenſ. Vigilius lib. 1. & 4. contra Eutychetem, tom. 5. mag. Bibliot. vet. Patrum p. 3. S. Fulgent. lib. 2. ad Traſimundum c. 17. S. Gregor. hom. 29. quæ eſt de Aſcenſione. Magiſt. in 3. diſt. 22. S. Tho. 3. p. q. 52. art. 3. S. Bonau. in 3. diſt. 22. ar. 1. q. 2. Scotus in 3. diſt. 22. Bellarm. tom. 1. controu. lib. 3. de Incarnat. cap. 11. & ſeqq.

formaliter ſui ſubſiſtentia terminando aſſumit ita, vt de aſſumpto Homine dici poſsit, eſt Deus.

Quod ſi quis dicat: Hic Homo eſt Deus.

Sed Deus vbique [a] eſt.

Igitur & hic Homo vbique erit.

Reſpondetur. Hic Homo eſt Deus ratione perſonæ in qua ſubſiſtit, non autem ratione humanitatis; & ideo hic Homo ratione perſonæ vbique eſt: nam Verbum qui eſt Deus vbique eſt, non autem humanitas a Verbo aſſumpta.

Ex quibus argumenti fallaciam detegere licet: nam hic Homo quando dicitur Deus, ratione ſuppoſiti intelligitur, non autem ratione humanitatis quæ in hac perſona ſubſiſtit.

Hanc autem cautionem ſi adhibeas, facilè poterunt huiuſmodi aliæ ſolui difficultates.

OBII-

[a] Ioſuæ 2. 3. Reg. 8. 1. Paralip. 2. & 2. Paralip. 6. Iob 11. Pſal. 138. & 144. Sapient. 20. Iſaiæ 60. & 66. Ierem. 23. Baruch 3. Act. 17. S. Dionyſ. c. 1. cæleſt. hierarch. & cap. 5. de diu. nom. Origen. hom. 12. in Gen. & lib. 1. in Iob. S. Cypr. de Idolorum vanit. S. Athan. ad Liberiũ, Quod perfectum hominẽ ſumpſerit Deus. & orat. cont. Idola. S. Hilar. lib. 1. & 2. de Trinit. Didymus lib. 1. de Spiritu ſancto. Cyrill. Hieroſol. catecheſi 14. S. Baſil. hom. in c. 1. Ioan. & lib. de Spiritu ſancto c. 22. S. Ambroſ. lib. 2. de Fid. c. 4. lib. 7. de Spiritu ſancto cap. 7. & lib. 9. in cap. 20. Lucæ. Nyſſen. orat. in ea verba, Faciamus hominem ad imaginem, &c. S. Hieron. in c. 66. Iſa. ep. 148. ad Marcellam, & in Pſal. 138. Chryſoſt. hom. 17. in Gen. & hom. 5. in ep. ad Coloſ. S. Aug. lib. 7. de Ciuit. Dei c. 30. ep. 57. ad Dardanum, lib. 1. Confeſs. c. 3. de cognit. veræ vitæ tract. 5. c. 24. tract. 3. & 78. in Ioan. c. 18. & lib. 5. de Trin. c. 12. Cyrill. Alex. lib. 1. in Ioan. c. 9. lib. 11. c. 21. lib. 1. Theſau. c. 7. & lib. 7. de Trin. Theodor. ſerm. 2. de Prouident. S. Leo ſerm. 2. de Aſcenſione, & ſerm. 3. de Natiuit. Vigilius in diſput. Athanaſij, Arij, & Sabellij; & lib. 1. & 4. contra Eutychetem, tom. 5. mag. Bibliot. vet. Patrum. p. 3. S. Fulgent. in lib. de Fid. ad Petrum Diaconum c. 3. in lib. ad Donatum c. 4. & lib. 2. ad Traſimundum c. 17. Anaſtaſius Synaita lib. 2. de rectis Fidei dogmatibus, tom 6. mag. Bibliot. vet. Patrum p. 1. S. Gregor. hom. 17. in Ezechiel. lib. 2. Moral. c. 7. & 8. & hom. 24. de Aſcenſione. Caſſiodor. in Pſal. 138. Boet. lib. 1. de Trinit. Iſidor. de vniuerſit. diſpoſit. c. 1. Damaſc. lib. 1. orth. Fid. c. 4. S. Anſel. in Monol. c. 19. & in Proſol. c. 14. S. Bern. lib. 5. de conſid. c. 6. & 10. S. Tho. 1. p. q. 8. ar. 3. & q. 64. ar. 4 ad 3. Scot. in 1. diſt. 37. q. 1. Bellar. tom. 1. controu. lib. 3. de Incarn. c. 9. & ſeqq. præſertim 19.

OBIICIES SECVNDO.

DVæ illæ ab eadem perſona humanitates aſſumptæ diſtinctas haberent voluntates, intellectus diſtinctos: & conſequenter vnus Homo poſſet diuerſa, & contraria velle; idem intelligere, ac ignorare.

Reſpondetur. hæc de eodem ſuppoſito ſi ſecundum diuerſas naturas, aut diuerſarum naturarum facultates, ſeu potentias prædicentur, inter ſe pugnantia dici non debent; nam & purus Homo ſecundum vnam partem mouetur, & ſecundum aliam quieſcit, vt experientia conſtat in eo qui ſedens docet mouendo manus.

QVÆRITVR III.

An magis conueniens fuerit Naturam humanam a Verbo, quàm ab alia diuina Perſona aſſumi.

QVæ à Deo ſunt cuius eſſentia eſt intelligere [a], recta ratione fieri, nemo eſt qui ambigere poſſit; & quæ diuino conſilio quod abſque inquiſitione perfectiſsimum eſt, fiunt, inquirere Hominem non decet [b], niſi vt ex operibus Dei cognitis, mens humana in laudes

[a] Eſther 14. Iob 21. & 28. Pſal. 118. Eccleſ. 23. & 42. Ad Rom. 11. Ad Coloſ. 2. Ad Heb 4. 1. Ioan. 3. Ariſtot. lib. 12. Meth. tex. 39. Nazianz. in Apolog. orat. 1. & Iambico 15 de definitionib. Nyſſen diſput. de anima, & reſurrect. S. Hieron. c. 3. in Eccleſiaſten. S. Aug. lib. 7. de Trin. c. 7. & lib. 6. de Gen. ad litt. c. 20. & ſeqq. Boet lib. 3. de conſol. metro 9. S. Leo ep. 93. decret. cap. 5. S. Tho. 1. p. q. 14. a. 1. & ſeqq. & 3. p. q. 9. ar. 1. ad 1.

[b] Eccleſ. 3. 1. Tim. 1. Irenæus lib. 4. contra hæreſes cap. 67. Agapet. Papa in ep. ad Anthimum. S. Athan. in lib. quod vnus ſit Chriſtus. Chryſoſt. hom. 27. in cap. 4. ep. ad Rom. S. Cyrill. Alex. in lib. de recta Fide ad Reginas.

des Dei, & gratiarum actionem excitata ſurgat, & eleuata per gratiam, in actum exeat.

Quorum cum maximum opus [a] ſit Incarnationis myſterium, in quo diuiuæ bonitatis theſauri ſcientiæ atque ſapientiæ reperiuntur;

Dicendum eſt, Verbum carnem ſumere, ſecundam ſacroſanctæ atque indiuiduæ Trinitatis Perſonam, conuenientiſsimum [b] fuit.

Probatur. Nam congruit vt quod fuit in mente Artificis efficiendi operis exemplar, ſi vitium fecerit opus, ſit & illius reficiendi cauſa.

Sed fuit ab æterno prædeſtinatus [c] Homo, vt eſſet filius Dei ad imitandum Verbum, quod eſt æterni Patris eorum omnium quæ fiunt per appropriationem exemplar [d] dictum vt perſoſona per intellectum [e] a Patre procedens, & illius

[a] Ad Eph. 1. ex Hieron. in eund. locum. Conc. Epheſ. 1. p. c. 1. Catechiſmus Rom. in Procemio, & in expoſit. art. 2. & 3. Symb. Apoſt. S. Dionyſ. c. 1. & 2. de diu. nom. & in ep. 4. ad Caium. Nazian. orat. in diem Natalis Domini. Nyſſen. ex orat. catechetica de diu. incarn. Marius Victorinus Afer lib. 2. adu. Arium, tom. 4. mag. Bibliot. vet. Patrum p. 3. S. Auguſt. lib. de prædeſt. Sanctorum c. 15. ſer. 3. & 15. de temp. Proclus Epiſc. Conſtantinop. hom. de Incarnat. Domini Ieſu Chriſti, & de Fide ad Armenios, tom. 5. magnę Bibliotecæ veterum Patrum p. 1. Leo Mag. ſerm. 1. 2. & 3. de Natiuit. Domini. Agapet. Papa in epiſt. ad Antimum. S. Damaſc. ſuper Miſſus eſt, & lib. 3. orth. Fid. c. 1. B. Bruno Herbipolenſis Epiſcopus expoſit. in Pſal. 8. tom. 11. mag. Bibliot. vet. Patrum. Nicetas lib. 3. Theſau. de Verbi Domini Incarnat. c. 31. tom. 12. mag. Bibliot. vet. Patr. p. 1. S. Bernard. ſerm. 3. in vigilia Natalis Domini, & ſerm. 1. in die Natalis.

[b] S. Dionyſ. Areop. cap. 2. de diu. nom. S. Athan. in lib. de Incarnat. Verbi, & de corporali eius aduentu. S. Aug. tract. 17. in Ioan. & lib. qq. veteris, & noui Teſtamenti q. 113. de Eccleſiaſticis dogmatibus cap. 2. lib. 3. de Trin. cap. 3. & ſerm 9. de Natiuit. Domini. S. Leo ſerm. 4. de Natiuit. S. Fulgent. in lib. de Fide ad Petrum c. 2. S. Damaſc. lib. 3. orthod. Fid. cap. 1. & lib. 4. cap. 4. S. Anſel. in lib. de Incarnat. Verbi cap. 4. lib. 1. cur Deus Homo cap. 7. & lib. 2. cap. 9. S. Bernar. ſerm. in Dominica j. Aduentus, ſerm. 1. de Natiu. & ſuper Miſſus eſt. Magiſt. in 3. diſt. 1. S. Tho. 3. p. q. 3. ar. 8. S. Bonau. in 3. diſt. 1. ar. 2. q. 3. & diſt. 5. ar. 1. q. 2.

[c] Ad Rom. 8. Ad Epheſ. 1.

[d] S. Tho. 3. p. q. 3. ar. 8.

[e] Pſal. 32. & 44. ex Apoſtolo ad Heb. 1. Eccleſ. 1. Ioan. 1. 1. Ioan. 1. & 5. Apoc. 19. Conc. Epheſ. can. 12. Conc. Carthag. III. ſub Syricio Papa, quod fuit confirmatum in 6. Synodo. Conc. Florentinum ſub Eugenio IV. ſeſſ. 18. & in reſponſ. Gregorij ad ep. Marci Epheſij pro Conc. Florent. circa med. Irenæus lib. 2. contra hæreſes c. 28. S. Hyppolytus Martyr hom. de Deo vno, & trino &c. contra hæreſim Noeti, tom. 3. mag. Bibliot. veterum Patrum. S. Cypr. lib. 2. contra Iudæos c. 3. & 5. S. Athan. in ep. de ſententia Dio-

lius perfecta imago [a] eorum omnium expreſſiua quæ cognoſcit Pater.

Congruens igitur fuit vt, ſi perfectiſsimum quod Deus ſub cælo effecit opus decidit Homo ab eo ſtatu in quo conditus fuerat, per filium naturalem reſtauraretur, cui per gratiam, & gloriam ſimilis futurus erat Homo, iuxta illud Pauli ad Rom. 8. Quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, qui eſt vera ſapientia [b], à qua receſſerat Adam inordinato ſcientiæ appetitu [c].

OBII-

nyſij contra Arianos, in orat. contra Sabellij gregales, & in ep. de decretis Nicænæ Synodi. S. Hilar. lib. 6. de Trin. S. Baſil. hom. in c. 1. Ioan. & lib. 2. contra Eunom. S. Epiphan. hęreſi 51. S. Ambroſ. lib. 4. de Fid. cap. 3. Chryſoſt. in c. 1. Ioan. S. Aug. lib. 4. de Trin. c. 20. lib. 7. c. 2. & lib. 15. tract. 108. in Io. & in lib. de hęreſibus hæreſi 30. Cyrill. Alex. lib. 2. de Trinit. lib. 1. Theſau. c. 2. & lib. 7. c. 5. lib. 1. in Ioan. cap. 5. & lib. 2. c. 37. Theodoretus lib. 2. ad Græcos. Proclus Epiſc. Conſtantinop. de Fide ad Armenios, tom. 5. mag. Bibliot. vet. Patrum, p. 1. S. Damaſc. lib. 1. orthod. Fid. c. 9. S. Anſel. in Monol. c. 43. & ſeqq. S. Tho. 1. p. q. 27. ar. 1. 2. 3. 4. & 5. q. 34. ar. 1. & 2. q. 35. ar. 2. q. 38. ar. 2. ad 1.

[a] Sapient. 7. ex S. Ambr. lib. 1. de Fid. c. 4. 2. Cor. 4. Ad Coloſ. 1. Ad Hebr. 1. Conc. Epheſ. p. 1. cap. 26. & 3. p. c. 6. Gregor. Neocæſar. in 2. expoſit. Fid. tom. 3. mag. Bibliot. veterum Patrum. Alexander Epiſc. Alexandrinus ep. 1. & 2. in Conc. Nicæno. S. Athan. ſerm. 4. contra Arianos. S. Hilar. lib. 3. de Trinit. circa finem, lib. 4. & 7. & lib. de vnit. Patris, & Filij. S. Baſil. hom. in c. 1. Ioan. Nazian. in Apolog. 1. non longè à fine. S. Ambroſ. lib. 1. de Fid. cap. 4. in cap. 1. ad Hebr. in cap. 22. Lucæ, & lib. 6. Hexam. cap. 7. S. Chryſ. hom. 8. in Gen. S. Aug. lib. 1. de Gen. ad litteram c. 4. lib. 7. de Trin. c. 2. lib. de decem chordis c. 8. & lib. 16. de Ciu. c. 6. Marius Victorinus Afer lib. 1. adu. Arium in fine, tom. 4. mag. Bibliot. veterum Patrum. Idacius Hiſpanus contra Varimadum Arianum, tom. 4. mag. Bibliot. vet. Patrum. S. Cyrill. Alex. lib. 1. Theſau. c. 1. lib. 2. cap. 1. & 2. & in epiſt. ad Neſtorium de excommunicat. Theodor. lib. 2. de curandis affectibus Græcorum, & q. 19. in Gen. Eucherius Lugdun. in lib. Formularum ſpiritualium cap. 1. tom. 5. mag. Bibliot. veterum Patrum p. 1. Leontius Byzant. in lib. de ſectis act. 3. tom. 6. magnæ Bibliotecæ veterum Patrum p. 1. S. Damaſc. lib. 1. orthod. Fid. cap. 8. S. Anſel. in c. 1. ad Hebr. S. Bernar. ſerm. 2. in die Natalis Domini. S. Tho. 1. p. q. 35. S. Bonau. in 1. diſt. 31. 2. p. ar. 1. q. 1.

[b] Eccleſ. c. 1. & 24. 1 Cor. 1. ad Coloſ. 1. Conc. Antiochenum 1. ſub Dionyſio I. Papa in profeſs. Fid. miſſa ad Paulum Antiochenum. Gregor. Neocæſar. in 2. expoſit. Fid. tom. 3. magnæ Bibliot. vet. Patrum. Alexander Epiſc. Alexandriæ ep. 1. & 2. in Conc. Nicæno. Nazian. orat. 33. S. Ambr. lib. 1. de Fid. c. 2. S. Aug. lib. 7. de Trinit. in princ. S. Anſelm. in Monol. cap. 46.

[c] Gen. 3. S. Ignatius ep. ad Trallianos. S. Ambr. lib. 4. in Luc. S. Chryſ. in 1. Timot. 2. S. Aug. lib. 11. de Gen. ad litteram c. 5. & lib. 16. de Ciu. Dei c. 13. S. Bernar. ſerm. 1. de Aduentu Domini, & ſerm. 2. in die Natalis Domini. S. Tho. 3. p. q. 3. ar. 8. in corpore.

OBIICIES PRIMO.

EXemplar, & Idea ad quam reſpiciens Deus operatur, eſſentia [a] diuina eſt, quæ toti Trinitati conuenit.

Si ergo quod exemplar fuit primo Artifici Deo in efficiendo Hominem, illud idem & in reficiendo debet eſſe redimens cauſa [b]; Eſſentię ſeu naturæ diuinæ primò, & per ſe aſſumere conueniet: atque ita ex æquo de tota Trinitate dici poſſet & ſumpſiſſe carnem, & paſſam, qui eſt error ex Scripturis [c] in Concilijs [d], & extra à Patribus [e] non ſemel damnatus.

Reſpondetur. Diuina eſſentia ſe ipſa exemplar eſt rerum omnium quæ ad extra operatur Deus;

N

[a] S. Tho. 1. p. q. 15. ar. 1. & 2. Nos ſupra tract. 1. de Deo vno c. 11. q. 3.

[b] S. Thom. 3. p. q. 3. ar. 8.

[c] Pſal. 2. Matt. 3. 14. 17. & 28. Marci 1. 5. 9. & 15. Lucæ 1. 9. 22. & 23. Ioan. 1. 2. 3. 6. 8. 9. 10. 11. 16. 17. 19. & 20. Actorum 10. Ad Rom. 8. 9. & 14. Ad Hebr. 1. 5. 6. 7. & ſeqq. 2. Petri 1. 1. Ioan. 3. 4. & 5. Apocalip. 19. Symb. Apoſtolorum. Symb. Eccleſiæ. Symb. Athanaſij.

[d] Conc. Antiochænum 2. ſub Dionyſio Papa 1. anno 272. Conc. Romanum 2. ſub Silueſtro I. Papa anno ſalutis 326. cõtra Noetũ, Sabellium, & ſequaces. Conc. Rom. 1. ſub Felice III. contra Acacium Conſtantinop. & Pettum Fullonem. Conc. Conſtantinop. ſub Felice III. con. Petrum Cnapheum.

[e] S. Ignatius Martyr in ep. ad Philip. Tertull. in Comment. adu. hæreſes in fine, & in lib. adu. Praxeam c. 1. & ſeqq. S. Cypr. ep. 73. S. Hyppol. Martyr Epiſc. Portuenſis hom. de Deo trino, & vno, & de myſterio Incarnat. contra hæreſim Noeti, tom. 3. mag. Bibliot. vet. Patrum. Ammonius Alexandrinus c. 1. & ſeqq. in harmoniam Euangelicam, tom. 3. mag. Bibliot. vet. Patrum. Euſeb. Cæſar. lib. 10. Hiſtoriæ c. 29. S. Epiphan. hæreſi. 57. & 62. S. Auguſt. in lib. de hæreſibus hæreſi 41. Idacius Clarus Hiſpanus in lib. contra Varimadum Arianum, tom. 4. mag. Bibliot. vet. Patrum. Theodor. dialogo Immutabilis, dialogo Impaſsibilis, & lib. 3. hæret. Fabul. Proclus Epiſc. Conſtantinop. de Fid. ad Armenios, tom. 5. mag. Bibliot. vet. Patrum 1. p. S. Leo ep. 72. ad Iuuenalem Epiſcopum Hieroſol. Felix III. Papa in ep. 3. ad Petrum Fullonem Epiſcopum Antiochiæ. S. Quintianus Epiſcopus Aſculanus anathematiſmo 4. in ep. ad Petrum Fullonem, quæ habetur in Conc. Rom. 1. ſub Felice III. in cauſa eiuſd. Petri &c. Petrus Diaconus in lib. de Incarnat. & gratia Chriſti ad Fulgentium &c. c. 3. & 4. tom. 6. magnæ Bibliotecæ veterum Patrum p. 1. S. Fulgentius in lib. de Incarnat. & gratia Chriſti ad Petrum Diaconum &c. cap. 11. & in lib. contra ſermonem Faſtidioſi Arriani ad Victorem. Ferrandus Diaconus Eccleſiæ Carthagineñ. in ep. ad Seuerum Scolaſticum Conſtantinop. tom. 6. mag. Bibliot. veterum Patrum p. 1. S. Damaſc. in ep. de Triſagio ad Iordanem Cœnobiarcham. Baronius Anno Domini 196. 260. 483. & 748.

Deus; quod cum ad intellectum [a] ſpectet vt efficiendorum ratio cognita, tribuitur Filio, qui per intellectum procedit vt imago & Verbum Patris per quod [b] facta ſunt omnia.

OBIICIES SECVNDO.

EA debuit perſona humanam aſſumere naturam, qua aſſumente minor eſſet errandi occaſio [c].

Verum aſſumente Filio, qui ſæpè in Scripturis [d] qua ratione Homo minor Patre dicitur, ſumpſerunt quidam [e] occaſionem aſſerendi Filium abſolutè minorem Patre, non conſubſtantialem, coæternum, & coæqualem illi.

Congruentius [f] igitur fuiſſet ſi Pater, aut Spiritus ſanctus naturam humanam ſumpſiſſet.

Reſpondetur. Ex Scripturis captiuanti [g] intellectum in obſequium fidei non eſſe illud errandi periculum, quod ex eiſdem Scripturis vitari non poſsit, vt in Concilijs [h] Patres, qui [i] euiden-

Quæ caritas cum neceſſariò viſionem beatam ſequatur [e], nec ſolum in beatis mentibus reperiatur, ſed & in ipſo Deo, cum dicat perfectionem

a Iob 4. Pſal. 17. Prouerb. 14. Lucæ 24. Ad Rom. 3. 2. Corint. 3. Ad Philip. 2. 2. ad Timot. 4. 2. Petri 1. 1. Ioan. 3. S. Cypr. in tract. de mortalitate. S. Ambroſ. ſerm. 3. in Pſal. 118. circa illud, Retribue ſeruo tuo. S. Hieron. in Pſal. 4. S. Chryſoſt. hom. in Pſal. 117. S. Auguſt. præfat. in Pſal. 31. S. Gregor. lib. 8. Mor. explicans illud Iob 7. Sicut dies mercenarij dies eius. S. Anſel. in cap. 5. ep. ad Rom. S. Bernard. in lib. Moralium ſententiarum, circa medium.

b S. Tho. 2.2. q. 17. ar. 2. ad 2. S. Bonau. in 3. diſt. 26. ar. 2. q. 3.

c Magiſt. in 3. diſt. 23. 24. & 25. S. Tho. 2.2. q. 1. ar. 1. & 6. & q. 17. art. 2. ad 2. S. Bonau. in 3. diſt. 23. 24. & 25. Scot. in 3. diſt. 23. 24. & 25.

d Exodi 20. Leuit. 19. Cant. 2. Matth. 5. & 22. Marci 12. Lucæ 20. Ioan. 13. Rom. 13. Ad Galat. 5. 1. Timot. 5. Iacobi 2. 1. Ioan. 4. S. Ambroſ. lib. 1. de offic. cap. 7. S. Hieron. in cap. 44. Ezech. S. Aug. ep. 29. lib. 1. de doctr. Chriſtiana cap. 5. 14. 15. 22. 23. 26. & 30. lib. 8. de Trinit. cap. 7. in Enchir. cap. 73. in lib. de vera Relig. cap. 48. & ſuper illud Ioan. 13. Mandatum nouum &c. tom. 9. Magiſt. in 3. diſt. 27. & 28. S. Tho. 2. 2. q. 25. ar. 1. & ſeqq. & q. 26. per totam. S. Bonau. in 3. diſt. 27. & 28. Scot. in 3. diſt. 27. & 28.

e 1. ad Cor. 13. S. Aug. ſer. 27. de verbis Dñi. S. Tho. p. 2. q. 67. ar. 7. & 2. 2. q. 26. ar. 13.

fectionem[a] abſque imperfectione; non eſt ratio vlla qua quis ambigere poſsit, an hæc perfectiſſimo modo (per participationem tamen) in Chriſti Domini anima[b] reperiatur, qui vti Deus eſt ſubſtantia caritas[c].

QVAERITVR V.

Vtrum in Chriſto fuerint Dona.

Virtutes morales in Chriſti Domini anima reperiebantur ſicut & infuſæ; & maximè quæ Theologales dicuntur; quia pro obiecto Deum habent, vna excepta fide, quæ viſioni beatæ repugnat.

Dantur enim virtutes infuſæ vt mens creata ſit idoneum principium exercendi opera, quæ ſupernaturalis ſunt ordinis.

Quarum actus vt exerceat anima cum Spiritus ſancti motione indigeat[d], dantur dona; qui ſunt habitus[e] quibus homo perficitur ad promptè obediendum Spiritui ſancto.

Quæ

a Matth. 22. 1. Cor. 12 & 13. Ad Coloſſ 3. 1. ad Timot. 1. S. Ambr. ep. 74. S. Hieron. in cap. 5. ad Galat. S. Aug. lib. 15. de Trinit. cap. 18. ſerm. 35. de temp. & tract. 15. in 1. ep. Ioan. S. Tho. p. 1. q. 67. a. 6. & 2. 2. q. 23. ar. 6. 7. & 8. S. Bonau. in 3. diſt. 27. ar. 1. q. 4.

b Iſaiæ 53. Daniel. 9. Matth. 16. 17. 20. 22. 26. & 27. Marci 8. 9. & 15. Lucæ 7. 18. & ſeqq. Ioan. 3. 10. 12. 15. 18. & 19. Act. 2. 3. 4. 8. 13. & 17. Ad Rom. 5. 6. 8. & 14. 1. Cor. 2. & 15. 2. Cor. 5. & 13. Ad Epheſ. 2. 3. & 5. Ad Philip. 2. 1. Theſsal. 5. Ad Hebr. 1. & 13. 1. Petri 2. & 4. 1. Ioan. 3. 4. & 5. Symbol. Apoſt. Conc. Trident. ſeſſ. 6. cap. 7. Catechiſmus Romanus in explicat. art. 3. Symb. Apoſt. S. Leo ſerm. 6. de Natiuit. & ſerm. 1. & ſeqq. de Paſsione. S. Anſel. in cap. 5. ad Rom. Magiſt. in 3. diſt. 27. S. Tho. 3. p. q. 7. ar. 6. in 3. arg. q. 26. per totam, & q. 27. ar. 2. in 3. arg. & ad 3. S. Bonau. in 3. diſt. 27.

c Ierem. 31. Ad Rom. 5. 2. Cor. 13. Ad Epheſ. 2. 1. ad Theſsal. 3. 1. Ioan. 2. 4. & 5. S. Leo ep. 93. ad Turribium Epiſcopum cap. 5. Magiſt. in 3. diſt. 27. Scot. in 3 diſt. 13. q. 1. & diſt. 26. q. 1.

d S. Gregor. lib. 2. Moral. c. 36. S. Tho. p. 2. q. 58. ar. 2. & 2. 2. q. 52. ar. 1. in 1. arg.

e Ioan. 14. S. Tho. p. 2. q. 58. ar. 1. 3. & 4. & 3. p. q. 7. ar. 5. & 6.

Quæ dona vtrum in Chriſti Domini Anima fuerint, quærimus.

Reſpondetur dicendum. In Chriſti Domini Anima Dona [a] Spiritus ſancti fuerunt.

Probatur. Dona perfectiones ſunt potentiarum intelligentis, ſed creatæ naturæ quatenus a Spiritu ſancto moueri poſſunt.

Sed in Chriſti Domini Anima quæ creata eſt, ſunt potentiæ quæ a Spiritu ſancto moueri poſſunt per virtutes infuſas effectæ connaturale principium exercendi opera ſupernaturalis ordinis.

Ergò & dona ipſa in Chriſti Anima fuiſſe rationabiliter infertur, vt diſcurrenti per ſingula notum fiet.

Et a timore incipiemus, de quo maior videtur eſſe difficultas.

Eſt enim Timor [b] appetitus ſenſitiui, vel voluntatis actus, refugientis futurum malum imminens, quo perterritus Homo ſi malum ſit culpæ, ab illo ſe abſtinet, vt iudicis, ac vindicis Dei vindictam de peccatis ſumentis, iram vitet. At Chriſtus qua ratione Homo perfectè beatus exiſtens, & hypoſtaticè vnitus Verbo malum culpæ [c] ſentire non poterat, & malum

pœnæ

a Iſa. 4. & 11. Lucæ 4. Ioan. 3. Ad Hebr. 5. Catechiſmus Romanus in explicat. art. 3. Symb. Apoſt. Iuſtinus Martyr in dialogo cum Triphone circa medium. Ireneus lib. 3. contra hæreſes cap. 10. Orig. hom. 6. in Num. S. Athan. in lib. de Fide ſua. S. Hilar. can. 15. in Matth. & in Pſal. 27. S. Baſil. ſerm. 5. cont. Eunom. cap. 14. S. Ambroſ. ſerm. 5. in Pſal. 118. S. Hieron. in c. 11. Iſa. S. Aug. lib. 12. contra Fauſtum cap. 15. S. Cyrill. in c. 11. Iſa. S. Greg. lib. 2. in Iob c. 23. & hom. 1. lib. 1. in Ezech. S. Fulgent. reſp. 3. ad Ferrandum Diaconũ. S. Bern. ſerm. 16. ſup. Cant. in fine, & hom. 2. ſuper Miſſus eſt. Magiſt. in 3. diſt. 34. S. Tho. 3. p. q. 7. ar. 5. & ſeqq. S. Bonau. in 3. diſt. 34.

b Ariſt. lib. 2. Reth. cap. 5. S. Auguſt. in Pſal. 127. Caſſiod. in Pſal. 127. in Prologo. S. Tho. p. 2. q. 42. ar. 1. q. 58. ar. 4. & 2. 2. q. 19. ar. 11. S. Bonau. diſt. 34. p. 2. dub. 1.

c Sapien. 10. Lucæ 1. Ioan. 1. & 8. 2. Cor. 5. Ad Hebr. 4. 7. & 9. 1. Petri 2. Conc. Epheſ. can. 10. Sexta Synod. act. 8. & 17. Conc Later. ſub Martino I. can. 5. Orig lib. 2. Periar. c. 6. S. Baſil. ep. 65. Nazian. orat. 36. S. Epiph. in Ancorato circa fin. S. Ambr. in c. 5. 2. Cor. S. Hieron. dialogo 2. contra Pelagianos. Chryſ. enar. in c. 7. Iſa. S. Aug. lib. 10. de Gen. ad litteram c. 19. in Enchir. c. 41. lib. 5. cont. Iulianum c. 9. ep. 99. &

pœnæ caritate motus libenter recipiebat, vt quod præceptum dederat illi Pater adimpleret; quod cum perfectæ caritatis ſit opus, quæ [a] foras mittit timorem, non videtur in Chriſti Domini anima timor eſſe potuiſſe.

Reſpondetur, in Chriſti Anima timorem [b] fuiſſe, non qua ratione erat malo culpæ terrenda, ſed qua ratione omnipotentis Dei virtutem cognoſcens, ſumma in eum reuerentia [c] ferebatur, ob quam ad redimenda peccata ita timore repleri voluit Chriſtus Dominus, vt de eo verè ab Euangeliſtis [d] dictum fuerit, cœpit pauere, tædere, & mæſtus eſſe.

Hac enim in Deum reuerentia quæ ad Timorem ſpectat connaturalius a Deo mouebatur ad eliciendos eos actus, quibus voluntariè timebat, angebatur, & dolebat, carni imperans vt triſtes ſentiret motus, quos in corpus paſsionibus deditum eſt aptum excitare agens, diſſoluens continuum, aut contrarias viuenti, ac ſentienti corpori qualitates inducens.

Fuit igitur in Anima Chriſti timor cum pietate [e] coniunctus, qua [f] Deo parenti in omnibus

lib. 14. contra Fauſtum c.4. & 5.
Cyrill. Alex. dial. 6. de Trinit.
S.Gregor.hom.18. in Euang. & lib. 2. Moral.c.23.& 31.
Boeſ. lib. de duabus naturis, circa fin.
S. Anſelm. lib. 2. cur Deus Homo c.10.
Magiſt. in 3. diſt. 12.
S.Tho.3.p.q.7. ar.6. & q.15.ar.1.& 2.
S.Bonau.in 3.diſt.12. ar.2.q.1.& 2.
Scot.in 3.diſt.12.q.1.
[a] 1. Ioan. 4.
Magiſt. in 3. diſt. 35.
S.Tho.3.p.q.7.ar.6. in 3. arg. & ad 3.
[b] Pſal.18. Iſa. 11.
Ad Hebr. 5.
Apoc. 5. ex S. Hieron. in c.11.Iſa.
S.Hilar.in Pſal.27.
S.Ambroſ.in Pſal.27. & ſerm.5. in Pſ.118.
S.Hieron.in cap.11. Iſa.& in c.3.Zachar.
S.Aug.præfat.in Pſal. 150. & ſerm. 1. de Annunciat.
S. Cyrill. Alex. in c. 11.Iſa. & 3. Zachar.
S.Greg. lib. 2. in Iob cap.23.
S.Bernar. ep.190. & ſerm.17. ſup.Cant.

Innocent.III.in ep.ad Henricum Archiepiſcopum Senonenſem, Sampſonem Rhemenſem, & S.Bernardum, quæ eſt 194. inter epiſtolas ſancti Bernardi. S.Tho.3.p. q.7. ar.6.

[c] Ad Hebr.5. Magiſt.in 3.diſt.34. S.Tho.2.2.q.18.ar.2.ad 1. q.19.ar.11. & 3. p. q.7. ar.6. S. Bonau. in 3. diſt.34. ar.2. q.3. & p.2. ar.2. q.3.

[d] Matth. 26. & 27. Marci 14. & 15. Lucæ 22. & 23.

[e] Iſa.11. Nazian.orat.43. in feſto Innocentium. S.Hieron.ad c.11.Iſa. S.Fulgent. in reſp.3. ad Ferrandum Diaconum. Nicetas lib.4. Theſauri orthod.Fid.cap.4.tom.12. mag.Bibliot. vet. Patrum p.1. S.Bernar.ſerm.16.ſup.Cant.& hom.2. ſuper Miſſus eſt.

[f] S. Tho. p.2. q.58. ar.4.

nibus obſequi volebat, qui eſt perfectæ caritatis effectus, & ſignum, quæ perfectiſsimo modo in anima Chriſti reperiebatur, ſequens viſionem beatam, per quam & infuſam ſcientiam eleuabatur ad penetrandum [a] myſteria fidei; quod eſt donum Intellectus nomine ſignificatum, ſi non formaliter, eminenter tamen.

Cum quo in Chriſto ſemper ſcientia [b] fuit eorum omnium quæ præceperat illi Pater, per quam promptus, ac diſpoſitus erat ad facilè Spiritus ſancti motum recipiendum, ſecundum quam rationem ſcientia dicitur donum [c].

Erat & huic adiuncta [d] fortitudo, qua ſumma cum alacritate ſuſtinuit difficilia, aggreſſus eſt ardua, mortis ſubire tormentum non recuſauit, quam deſiderio cum deſiderauerit, ſe facilem ad obediendum Deo præbuit; quomodo fortitudo quæ virtus [f] eſt, rationem & doni [g] habet.

Nec deerat illi conſilium [h], quo inimici cognoſceret [i] deceptiones, vitaret artes; quas conſilio facilè reijciens, Diuinæ motioni mens Chriſti creata promptè cooperabatur.

In Chriſto Domino fuit etiam & vera Sapientia

a Mag. in 3. diſt. 35.
b Ad Coloſ. 1. & 2. Euſeb. Cæſar. lib. 10. de demonſtr. Euang. cap. 8. S. Athan. ſerm. 4. contra Arianos. S. Hilar. lib. 9. de Trin. S. Ambroſ. lib. 5. de Fid. cap. 8. S. Baſil. in ep. ad Amphilochium. S. Greg. lib. 8. ep. 42. ad Eulogium Alexan. S. Damaſc. lib. 3. orth. Fid. c. 21. & 22. S. Anſelm. lib. 2. cur Deus homo c. 13. S. Bernard. ſerm. 16. ſuper Cant. in fine. Magiſt. in 3. diſt. 34. S. Tho. 3. p. q. 7. ar. 5. S. Bonau. in 3. diſt. 34.
c S. Tho. p. 2. q. 68. art. 4. art. 5. ad 1. & 3. p. q. 7. ar. 5.
d Iſa. 11. S. Athan. in lib. de Fide. S. Fulgent. in reſp. 3. ad Ferrandum Diaconum. Heſichius Epiſcopus Hieroſol. lib. 1. in Leuit. cap. 4. Quomodo fuerint in Chriſto dona ad voluntatem pertinentia, tom. 6. magnæ Bibliot. veterum Patrum. S. Bernar. ſerm. 16. ſuper Cant. in fine.
e S. Tho. p. 2. q. 58. ar. 4.
f S. Tho. p. 2. q. 61. ar. 1. & ſeqq.
g S. Tho. p. 2. q. 68. ar. 4. & 3. p. q. 7. ar. 5.
h Iſa. 11. S. Hieron. ad cap. 11. Iſa. S. Fulgent. reſp. 3. ad Ferrandum Diaconum. S. Bernar. hom. 2. ſuper Miſſus eſt. S. Tho. 3. p. q. 7. ar. 5.
i S. Tho. p. 2. q. 58. ar. 4. & 2. 2. q. 52. ar. 1. & ſeqq.

pientia [a], qua non ſolum altiſſimum [b] principium, & cauſam anima Chriſti Domini cognoſcebat Deum;

Sed in ipſum tanquam in vltimum finem, cui erat perfecto caritatis amore coniuncta, referebat quæcunque & agebat, & patiebatur.

Secundum quam rationem virtus [d] ſapientia dicitur; quæ & donum eſt quatenus habens eam efficitur obediens [e] Spiritui ſancto, cui ſe promptum, ac facilem reddit ad motum recipiendum quo a Deo mouetur anima virtutes habens; in quo a virtute diſtinguitur donum; etiam ſi interdum idem ſit habitus [f] virtus, & donum.

Fuerunt igitur [g] omnia in Anima Chriſti Spiritus ſancti dona.

[a] Iſa. 11. 1. Cor. 1. Ad Coloſ. 1. & 2. S. Baſil. in ep. ad Amphilochium. Nazian. orat. 20. quę eſt in laudem Baſilij, & orat. 36. quæ eſt 4. de Theologia. S. Hieron. ad cap. 11. Iſa. & ad c. 24. Matt. S. Cyrill. Alex. lib. 1. in Ioan. c. 17. & anathematiſmo 4. contra Theodoretum. Iſidor. Peluſiota lib. 1. ep. 117. S. Fulgent. in reſp. 2. ad Ferrandum Diac. S. Bernar. ſerm. 16. ſuper Cant. circa fine, & tract. de duodecim gradibus humilitatis, & ſuperbiæ. Magiſt. in 3. diſt. 34. S. Tho. p. 2. q. 58. ar. 4. & 2. 2. q. 45. ar. 1.

[b] S. Auguſt. lib. 14. de Trinit. c. 1. Magiſt. in 3. diſt. 35. S. Tho. p. 2. q. 57. art. 2. q. 67. art. 5. q. 58. ar. 4. & 2. 2. q. 45. ar. 1.

[c] Ad Epheſ. 3. S. Thom. 3. p. q. 7. artic. 6. in 3. argumento.

[d] S. Tho. p. 2. q. 57. ar. 2. ad 2. q. 66. ar. 5. & q. 68. ar. 1. ad 4.

[e] S. Tho. p. 2. q. 58. ar. 1. ad 1. 3. & 4. art. 5. ad 1. & 3. p. q. 7. art. 5.

[f] Magiſt. in 3. diſt. 35. §. Et notandum. S. Tho. p. 2. q. 58. ar. 1. S. Bonau. in 3. diſt. 34. ar. 1. q. 1. Scot. in 3. diſt. 34. q. 1.

[g] Iſa. 11. Catechiſmus Romanus in explicat. art. 3. Symb. Apoſt. Iuſtinus Martyr in dialogo cum Triphone, circa medium. S. Leo ſerm. 2. de Pentecoſte. S. Fulgent. in reſp. 3. ad Ferrandum Diaconum. S. Gregor. hom. 10. lib. 1. in Ezech. ante medium. Heſichius Epiſcopus Hieroſol. lib. 1. in Leuit. c. 4. tom. 7. mag. Bibliot. veterum Patrum. Rodulphus Flauiacenſis lib. 6. in Leuit. c. 2. tom. 10. mag. Bibliot. veterum Patrum. S. Bernar. ſerm. 13. 17. & 74. ſuper Cant. & hom. 2. ſuper Miſſus eſt. S. Tho. p. 2. q. 58. ar. 1. ar. 3. in 1. arg. & 3. p. q. 7. ar. 5. & 6. S. Bonau. in 3. diſt. 34. ar. 2. q. 1.

QVÆRITVR VI.

Vtrum in Chriſto fuerint gratiæ gratis datæ.

HAbitualem [a] gratiam, & virtutes [b] in Chriſti Domini anima reperiri cum Spiritus ſancti donis [c], quæ ſunt perfectiones potentiarum quatenus a [d] Spiritu ſancto mouentur, remotis imperfectionibus, & eminentiori ſaltem atque excellentiori modo quàm reperiantur in cæteris hominibus, explicatum ſatis videtur.

Nunc quærendum eſt de gratijs quæ gratis datæ dicuntur ad fidem, ac ſpiritualem doctrinam manifeſtandam.

Quæſito reſpondetur dicendum. Chriſtus Dominus qua ratione homo habuit gratias [e] gratis datas.

Proba-

[a] Lucæ 1. Ioan. 1. 10. & 14. Ad Rom. 5. Ad Epheſ. 3. Conc. Epheſ p. 1. c. 2. Conc. Francoford. in ep. ad Epiſcopos Hiſpaniæ. Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 7. Catechiſmus Romanus in explicat. art. 3. Symb. Apoſt. S. Dionyſ. Alex. in ep. cõtra Paulum Samoſatenum, tom. 5. magnæ Bibliot. veterum Patrum. Origen. tract. 2. in Matth. S. Hilar. lib. 7. de Trin. S. Ambroſ. lib. 1. de Spiritu ſancto cap. 8. & 11. Chryſoſt. hom. 11. in Ioan. S. Anſel. in cap. 1. ep. ad Hebr. Magiſt. in 3. diſt. 13. Bonau. in 3. diſt. 13. Scot. in 3. diſt. 13. Bellarm. tom. 1. controu. lib. 4. de Chriſti anima c. 1. 2. & ſeqq.

[b] Conc. Epheſ. p. 1. cap. 5. S. Baſil. in Pſal. 44. & in ep. ad Amphilochium. S. Cyrill. Alex. lib. 2. de recta Fide ad Reginas c. 3. S. Gregor. hom. 6. in Ezech. & lib. 1. in in c. 1. lib. 1. Reg. c. 1. S. Bernar. ſerm. 13. ſup. Cant. & hom. 4. ſup. Miſſus eſt. Magiſt. in 3. diſt. 14. S. Tho. 3. p. q. 7. ar. 2. S. Bonau. in 3. diſt. 26. dub. 5.

[c] Iſa. 11. Lucæ 4. Ioan. 3. Iuſtinus Martyr in dialogo cum Triphone, circa medium. S. Athan. in lib. de Fide ſua. S. Ambroſ. ſerm. 5. in Pſal. 118. S. Hieron. in c. 11. Iſa. S. Aug. lib. 12. contra Fauſtum c. 15. S. Cyrill. in c. 11. Iſa. S. Bern. hom. 2. ſup. Miſſus eſt. S. Tho. 3. p. q. 7. ar. 5. & ſeqq. S. Bonau. in 3. diſt. 34.

[d] S. Tho. p. 2. q. 68. ar. 1. & ſeqq. & 3. p. q. 7. ar. 5.

[e] Deuter. 18. Iſa. 11. Matth. 13. Ioan. 1. & 4. Ad Hebr. 2. Origen. hom. 6. in Num. S. Hieron. ep. 125. ad Damaſum, & in c. 35. Ezech. S. Chryſ. hom. 11. in Ioan. & hom. 9. in id Ioan. 3. Non ad menſuram dat Deus Spiritum Filio. S. Aug. ep. 57. ad Dardanum, circa fin. S. Greg. lib. 2. Moral. c. 28. & 29. S. Anſel. in c. 1. ad Coloſ. in id, Ipſe eſt Ca-

Probatur; quia totius [a] Eccleſiæ caput & Doctor erat ad totam efformandam, & inſtruendam Eccleſiam, qui ſi ſignis atque virtutibus, cæteriſque alijs gratijs gratis datis quæ docebat non confirmaſſet, ei homines abſque peccato potuiſſent non credere, ſufficienti illis non facta credendorum propoſitione.

Si enim, inquit [b] ipſe, non veniſſem, & loquutus fuiſſem eis, & opera non feciſſem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.

Cum igitur præcepto [c] fidei teneantur homines credere Chriſtum Dominum verum, Deum, & hominem eſſe; neceſſe fuit ſermone confir-

put corporis Eccleſię Magiſt. in 3. diſt. 13. S. Tho. 3. p q. 7. ar. 7. & 8. S. Bonau. in 3. diſt. 13. Scotus in 3. diſt. 13. q. 1. & 2.

[a] Ad Epheſ. 1. 4. & 5. Ad Coloſſ. 1. & 2. Ad Hebr. 2. Catechiſmus Romanus in explicat. art. 9. Symb. Apoſt. S. Hilar. lib. 8. de Trin. in fine. S. Baſil. in lib. de Spiritu ſancto c. 5. S. Ambroſ. in c. 1. 4. & 5. ad Epheſ. S. Hieron. in cap. 1. 4. & 5. ep. ad Epheſ. Chryſ. in c. 1. 4. & 5. ad Epheſ. S. Aug. præfat. ad 2. enar. Pſal. 29. ad Pſal. 139. ſerm. 50. de verbis Domini, ep. 50. & 57. in fine, & lib. 1. de Trin. cap. 12. S. Leo in ſerm. de Transfigur. Domini. S. Anſel. in c. 1. ad Coloſ. & in c. 1. ad Epheſ. S. Tho. 3. p. q. 7. ar. 7. & q. 8. ar. 1. & ſeqq.

[b] Ioan. 15. S. Gregor. lib. 1. in c. 1. lib. 1. Reg. c. 1.

[c] Exodi 20. ex ep. Iudæ. Num. 21. ex Apoſtolo 1. Cor. 10. Deuter. 18. 2. Reg. 7. Pſal. 2. 44. 67. 88. 96. 101. 103. & 109. Eccleſ. 24. Iſa. 6. 7. 9. 11. 35. 40. 45. & 52. Ierem. 23. & 33. Baruch 3. Michææ 5. Zachar. 2. 12. & 13. Matth. 1. 2. 3. & 22. Marci 11. 15. & 16. Lucæ 1. 2. & 24. Ioan. 1. 2. 5. 6. 8. 9. 10. & ſeqq. Act. 1. 2. & deinceps. Ad Rom. 1. 5. 9. & 14. 1. Cor. 10. 2. Cor. 15. Ad Galat. 4. Ad Epheſ. 4. Ad Coloſ. 1. Ad Philip. 2. 1. Timot. 2. Ad Hebr. 1. 2. 3. 4. & ſeqq. 1. Petri 3. & 4. 1. Ioan. 4. & 5. 2. Ioan. 5. Apoc. 4. Symbolum Apoſt. Symbolum Eccleſiæ. Symbolum S. Athan. Conc. Nicænum, Conſtantinop. Epheſ. & Chalced. in Symbolo. Quinta, & Sexta ſynod. gener. in Symb. Conc. Later. ſub Innocent. III. cap. Firm. Conc. Flor. ſub Eugen. IV. in Decreto. Conc. Trid. ſeſſ. 3. in Symb. & ſeſſ. 6. c. 2. & ſeqq. Catechiſmus Rom. in expoſit. art. 2. 3. 4. & 5. Symb. Apoſt. S. Ignatius in ep. ad Philip. S. Dionyſ. c. 1. de diu. nom. Iuſtinus Martyr in expoſit. Fid. Irenæus lib. 3. cap. 32. Origenes lib. 2. in Iob. Tertull. lib. 4. cont. Marcionem c. 13. & contra Praxeam c. 13. S. Cyprian. lib. 2. contra Iudæos c. 7. & 20. & de Idolorum vanitate poſt med. S. Athan. in Symb. S. Hilar. lib. 4. de Trinit. circa finem, & lib. 6. vltra medium. Cyrill. Hieroſol. a catecheſi 7. vſque ad 11. S. Baſil. In Liturgia. Nazian. orat. 36. quæ eſt 4. de Theol. S. Ambroſ. lib. 1. de Fid. c. 2. S. Aug. in Pſal. 63. & tract. 6. in ep. 1. Ioan. c. 4. Hymnus SS. Ambroſij, & Auguſtini. S. Cyrill. lib. 1. in Ioan. Petrus Chryſol. ſerm. 144. Leo Mag. ſerm. 1. & ſeqq. de Natiuit. & ſerm. 1. de Transfigur. Cęſarius Arelat. hom. 5. de Paſcha. S. Fulgent. de Fid. ad Petrum c. 2. S. Anſel. ad c. 1. Matth. S. Bern. ſer. 1. de Aſſumpt. B. Mariæ. Magiſt. In 3. diſt. 2. & ſeqq. S. Tho. 3. p. q. 7. ar. 7. Bellar. tom. 1. controu. lib. 3. de Incarnatione.

confirmaſſe [a] quæ docebat ſequentibus ſignis.

Idque per ſingulas gratias gratis datas diſcurrenti notum fiet, quæ ſi gratiæ ſunt, non poſſunt in Chriſto Domino qua ratione eſt Deus reperiri.

In eo igitur vt homine probabitur gratias gratis datas inextitiſſe, quæ cum ad aliorum [b] vtilitatem dentur, in eo maximè decebat eſſe qui propter nos Homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis.

Et vt a Fide quæ eſt in ſacra doctrina velut principiorum cognitio [c] earum rerum de quibus eſt diſceptatio, incipiamus; hæc in Chriſti anima quamuis formaliter [d] non fuerit, eminenter tamen in eius viſione beata, & infuſa ſcientia continebatur [e], ſecundum quam perfectè intelligebat quæcunque debebant fidelibus credenda proponi.

Sapientia verò, quæ eſt altiſsimi principij, & primæ cauſæ contemplatio [f], ſeu cognitio, nec ipſa in anima [g] Chriſti Domini deſiderari poterat, in quo erat plenitudo [h] ſapientiæ, viſio

[a] S. Greg. hom. 29. in Euang. S. Tho. 2. 2. q. 2. ar. 1. ad 1. q. 178. ar. 2. & 3. p. q. 43. & 44.

[b] 1. Cor. 12. S. Tho. p. 2. q. 111. ar. 1. 4. & 5. 2. 2. q. 177. ar. 1. & 3. p. q. 7. ar. 7. in 3. arg. Bellar. lib. 1. de grat a & lib. arb. c. 2.

[c] S. Tho. p. 2. q. 111. ar. 4.

[d] S. Auguſt. lib. 14. de Trin. c. 2. Magiſt. in 3. diſt. 26. S. Tho. 3. p. q. 7. ar. 3. & 8. S. Bonau. in 3. diſt. 26.

[e] 1. Corint. 13. S. Tho. p. 1. q. 1. ar. 2. & 3. p. q. 7. ar. 3. ad 2. ar. 8. ad 1. & ar. 10. ad primum.

[f] Ariſt. 6. Eth. c. 3. S. Aug. lib. 14. de Trinit. c. 1. S. Anſel. in cap. 2. ad Coloſſ. Magiſt. in 3. diſt. 35. S. Tho. p. 1. q. 14. ar. 1. ad 2. p. 2. q. 57. ar. 2. q. 58. ar. 4. q. 67. ar. 5. q. 111. ar. 4. & 2. 2. q. 45. ar. 1.

[g] Ad Coloſ. 1. & 2. S. Hilar. li. 9. de Trin. S. Ambroſ. lib. 5. de Fide cap. 8. S. Hieron. ad c. 11. Iſa. ad cap. 24. Matth. & ad c. 31. Ierem. S. Aug. lib. 15. de Trin. c. 14. Cyrill. Alex. lib. 1. in Ioan. c. 17. S. Fulgent. reſp. 3. ad Ferrandum Diaconum. Titus Boſtrenſis ad cap. 2. Lucæ, tom. 4. mag. Bibliot. vet. Patrum. S. Greg. hom. 10. in Ezech. ante medium. Beda ad c. 13. Marci. S. Anſel. lib. 2. cur Deus Homo c. 13. S. Bernar. hom. 2. ſuper Miſsus eſt. Magiſt. in 3. diſt. 14. S. Tho. 3. p. q. 7. ar. 7.

[h] 1. Cor. 1. Conc. Epheſ. p. 1. c. 5. non longè a principio. S. Baſil. in ep. ad Amphilochium, & in Apologia ad Cæſarianos pro ſua ab illis diſceſsione, & de Fide. Nazian. orat. 36. Cyrill. Alex. anathematiſmo 4. contra Theodoretum, & lib. 2. ad Reginas de recta Fide cap. 3. Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 117. S. Bernar. tract. de duodecim gradibus humilitatis, & ſapientiæ. S. Tho. 3. p. q. 7. ar. 7. in 2. arg. & ad 2.

ſio beata cum perfectiſsimo amore coniuncta, quæ eſt vera, & perfecta ſapientia.

Scientiam item quæ eſt effectuum per proprias cauſas cognitio [a], in Chriſti anima [b] multis modis fuiſſe, nihil eſt quod ambigamus.

Nam & eminenter eſt in ſcientia beata, qua in verbo perfectiſsimo modo cognoſcũtur creaturæ; & ad eorum quæ ſenſibus ſubiecta ſunt intelligenda propria principia, & cauſas infuſam, & acquiſitã in anima Chriſti fuiſſe ſcientiam ſi dicamus, nihil Scripturis [c] in quibus fidei veritates continentur, repugnans dicetur: vt ex Concilijs [d], ac Patribus [e] cognoſcere quiſque poteſt.

Quamobrem nec Chriſto Domino quatenus Homo erat, exempla deeſſe poterant ad inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt, explicandum, ad quod ſermo [f] ſcientiæ datur.

Erat & in Chriſto Domino gratia ſanitatum [g], quas operans, in fide quos inſtruxerat, confir-

[a] Ariſt. lib. 6. Ethic. c. 3. lib. 1. Poſt. tex. 5. lib. 1. Phyſ. tex. 3. & lib. 2. tex. 27. S.Tho. p. 1. q. 14. ar. 1. ad 2. & p. 2. q. 111. art. 4.

[b] Magiſt. in 3. diſt. 13. & 14. S.Tho. 3. p. q. 9. 10. 11. & 12. S.Bonau. in 3. diſt. 14. Scot in 3. diſt. 14.

[c] Iſa. 7. & 11. Matth. 22. Lucæ 2. Ioan. 7. 8. & 13. Ad Coloſs. 2.

[d] Conc. Epheſ. p. 1. cap. 5. Cõc. Chalced. act. 5. Quinta Synodus collar. 8. can. 7. Sexta Synod. gener. act. 4. 8. & 11. Conc. Later. ſub Martino I. can. 9.

[e] Agatho Pap. in ep. Synodali quæ refertur in 6. Synodo act. 4. & in 8. ſuſcipitur. S. Cyprianus lib. de Cardinalibus Chriſti operibus cap de Natiuit. Chriſti. S. Ambr. lib. de Incar. Domin. ſacram. c. 7. & 8. & lib. 5. de Fid. cap. 7. S. Hieron. in c. 31. Ierem. & in c. 7. Iſa. S. Aug. lib. 2. de peccatorum meritis c. 29. lib. 15. de Trin. c. 26. & ſerm. 23. de temp. S. Cyrill. lib. 2. de Fid. ad Reginas c. 3. Theod in epitome diu. decret. cap. Quod ſuſcepit animam cum corpore. S. Leo ep. ad Flauianum, & ep. 97. ad Leonem Auguſtum. Beda in hom. dominicæ 1. poſt Epiph. S. Damaſc. lib. 3. orthod. Fid. c. 21. & 22. S. Anſel. lib. 2. cur Deus Homo c. 13. & in c. 2. ad Coloſ. S. Bernar. hom. 2. ſuper Miſsus eſt. S. Tho. 3. p. q. 9. ar. 3. & 4. & q. 11. & 12. S. Bonau. in 3. diſt. 14. ar. 3. q. 1. & 2.

[f] S. Tho. p. 2. q. 111. ar. 4. & 2. 2. q. 177. ar. 1. & 2.

[g] Matth. 4. 8. 9. & ſeqq. Marci 1. 2. 5. 7. 8. & deinceps. Lucæ 4. 5. & ſeqq. Ioan. 4. 5. 7. 9. & 11. S. Hieron. ſuper illud Matth. 8. Cum veniſſet Ieſus in domum Patri &c. & ſuper illud Matth. 9. Quid eſt facilius dicere &c. Chryſ. hom. 9. in cap. 8. Marci, hom. 9. 30. & 33. in Matth. & hom. 37. in Ioan. S. Aug. tract. 30. & 44. in Ioan. Cyrill. in c. 4. Lucę. Beda in c. 8. Marci c. 34. S. Tho. 3. p. q. 44. ar. 3.

confirmabat [a], & beneficijs quæ ſolius diuinæ poteſtatis ſunt alliciens, ad ſe trahebat.

In Chriſto autem Domino virtutum [b] operationem fuiſſe, qua [c] efficit homo quæ ſolius diuinæ poteſtatis ſunt manifeſtatiua, & Chriſti opera manifeſtant [d], & poteſtas quam hæc efficiendi Apoſtolis [e] tradidit.

In anima quoque Chriſti Domini Prophetia [f] fuit, qua cognoſcuntur quę a Deo liberè [g], & ad ſupernaturalem præſertim diſciplinā ſpectantia, ſunt, tempore, & loco diſtantia ab ijs quibus hæc manifeſtantur, vt quæ ſibi, Apoſtolis, & Eccleſiæ euentura prædixit, comprobant; & in Verbo ſeu Deo viſione beata cognita fuiſſe & cognoſci quæcūque habitura ſunt exiſtentiam in qualibet temporis differentia, & per æternitatem totam quę non eſt habitura finem, ex ijs quæ infra de ſcientia Chriſti, eius doctrina, & viſione beata dicentur, conſtabit.

Nihil [h] eſt igitur quocunque loco, aut tempore

pore

a S.Tho.p. 2.q.111. ar.4. & 2.2. q.178. art. 1.
b S.Tho.3. p. q.13. ar.2 in 3.arg.& ad 3.
c S.Tho. p.2.q.111. a.4.& 2.2.q.178.a.1.
d Zachar.13. Matth.7.14. & 21. Marci 1.5.7. & 8. Lucæ 5.6. & 23. Ioan. 2. 5.10.11.14. & 15. Ad Galat.3. S. Dionyſ.in epiſt. ad Polycarpum. S.Hilar.c.21.in Matt. S. Ambroſ. lib. 4. in c.14.Lucæ. S.Hier.in c.21.Matt. S.Chryſoſt.hom.20. in Ioan. S.Aug.ep.3. ad Voluſianum, tract. 23. & 112.in Ioan.& lib.1. de Trinit.cap.6. S.Leo ep.10.ad Flau. S.Gregor.lib.1.in c.1. lib.1.Regum c.1. S.Tho:3.p.q.43.ar.1. & ſeqq. & q.44. per totam.
e Matth. 10. Marci 3. Lucæ 6. 9. & 10.
f Deuter.18. ex S.Petro, & Stephano act.3.& 7. Ierem.1. ex S.Hieron.in eund.locum. Matth.13. Lucæ 4. 7. & 24. Ioan. 4. & 14. Iuſtinus Martyr q.101. ad gentes. Irenæus lib.3.cap.12. Clemens Alexandrinus lib.1.Pedagogi cap.7. S.Cyprianus lib.1. contra Iudæos cap.18. S. Ambroſ. ſerm.8. in Pſal. 118. S. Hieron. epiſt. 127. ad Damaſum. S.Chryſoſt. hom.35. in Ioan. & hom.7. in 2. ad Cor. S. Auguſt. tract.15. in Ioan. & lib.16. contra Fauſtum cap. 18. Cyrill. lib. 1. in Ioan. c.24. lib.3.cap.9. & lib.8. contra Iulianum in principio. Iſidor. lib.7. originum cap. de Prophetis, & lib.7. cap. de Filio Dei. S.Tho.2.2.q 174. art.5. in 3. arg. & ad 3. & p.3.q.7.ar.8.
g S. Gregor.hom.1. in Ezechiel. in principio. Caſsiodor. in prolog. ſuper Pſal. c.1. S.Tho. p.2. q. 111.ar.4. & 2. 2. q. 171. ar.3.
h Ioan.16.18.& 21. Ad Coloſ.1.& 2. Iuſtinus Martyr q.58. Euſeb.Cæſar.lib.10. de. monſtr.Euang. c.8. S.Athan.ſerm.4.contra Arianos. S.Hilar.lib.9.de Trin. S.Baſilius lib.4.contra Eunom. Chryſ.hom 5.in c.2.ad Coloſ. S.Aug.lib.1.de Trinit.cap.12. & 1. de Gen. ad litteram cap.22. S.Cyrill.lib.1. in Ioan.c.17. & anathematiſmo 4. ad-

pore futurum, quod anima Chriſti Domini non cognouerit.

Eminenter ergo per viſionem beatam fuit in anima Chriſti prophetia, qua tempore, ac loco diſtantia & prædicere poterat, & ſignificare.

Et diſcretionem Spirituum, qua [a] non ſolum qua ratione Deus, ſed etiam vt homo cognoſcebat ſecreta cordium, fuiſſe in Chriſti Domini anima [b], viſio beata quâ cognoſcebat quicquid Deus cognoſcit ſcientia viſionis, dubitandi locum non relinquit ijs qui ſcientia viſionis intelligunt a Deo cognoſci quicquid eſt exiſtentiam habiturum in qualibet temporis differentia; ſic eius exigente ſtatus conditione, qui hominum & Angelorum caput [c] erat.

Nec permittit (ſaluo ſemper meliori iudicio) Chriſti Domini beata viſio dubitare, an in ipſo fuerint linguarum genera, ideſt facultas [d] pronunciandi quolibet idiomate voces, quibus & audiretur, & intelligeretur ab omni natione, ac gente.

uerſus Theodoretū. S. Fulgent. in lib. ad Ferrãdum Diaconum in reſp. ad 3. q. S. Damaſc. lib. 3. de Fid. c. 21. & 22. Nicetas lib. 3. Theſaur. cap. 38. tom. 12. mag. Bibliotecæ veterum Patrum. Magiſt. in 3. diſt. 14. S. Tho. 3. p. q. 7. ar. 7. ad 3. & q. 10. ar. 2. S. Bonau. in 3. diſt. 14. ar. 2. q. 1. 2. & 3. Scotus in 3. diſt. 14. q. 2.

[a] S. Tho. p. 2. q. 111. ar. 4.

[b] Ioan. 3. S. Chryſoſt. hom. 19. in 1. ad Cor. S. Anſel. in ep. 1. ad Corint.

[c] Matth. 4. Ad Epheſ. 1. & 3. Ad Coloſſ. 2. Ad Philip. 2. 1. Timot. 4. 1. Ioan. 2. S. Dionyſ. cap. 7. cæleſt. hierar. Origen. hom. 2. in Pſal. 36. col. 2. S. Cypr. de Aſcenſione Chriſti. S. Athanaſius orat. 4. contrà Arianos. S. Hilar. in lib. de Synodis, & in Pſal. 139. ad illa verba, Caput circuitus eorum. Cyrill. Hieroſol. catech. 14. Nyſſen. hom. de Aſcenſione. S. Hieron. in c. 2. ad Coloſſ. in c. 1. & 3. ad Epheſ. & in c. 2. ad Philip. Chryſoſt. hom. 3. in c. 1. ad Epheſ. & hom. 5. in c. 2. ad Hebr. S. Auguſt. concione 3. in Pſal. 36. & in Pſal. 139. circa illa verba, Qui cogitauerunt ſupplantare greſſus meos, & in Enchir. c. 56. Cyrill. Alex. lib. 9. in Ioan. c. 31. S. Leo ſerm. 1. de Aſcenſ. S. Gregor. hom. 29. in Euang. Beda in c. 12. lib. 1. Regum. S. Anſel. in c. 1. ad Epheſ. in c. 2. ad Coloſſ. & in c. 2. ad Philip. S. Bernar. ſerm. 2. de Pentecoſte. S. Tho. 3. p. q. 8. ar. 2. 3. & ſeqq. S. Bonau. in 3. diſt. 13. Bellarm. tom. 1. controu. lib. 5. de Chriſto Mediatore c. 10. & tom. 4. lib. 2. de gratia &c. c. 17.

[d] S. Tho. p. 2. q. 111. ar. 4. & 2. 2. q. 176. ar. 1. & 2.

Nam ſi viſione beata in Verbo Chriſti Domini anima cognoſcebat quæcunque [a] ſunt exiſtentiam habitura; & omnium vocum cognitionem [b] habuit, & pronunciandi facultatem, in quibus linguarum genera continentur; quæ & potuit non exercere [c].

Interpretationem autem ſermonum, ideſt intelligentiam [d] ſenſuum, ſeu quod idem eſt ſententiarum quæ vocibus ſubiectæ ſunt, ei defuiſſe qui omnia nouit, nemo eſt qui affirmare poſsit.

[a] Magiſt. in 3 diſt. 14. S. Tho. 3. p. q. 10. a. 2. S. Bonau. in 3. diſt. 14. ar. 2. q. 3. Scotus in 3. diſt. 14. q. 2.

[b] S. Tho. 2. 2. q. 176. art. 1. ad 3. & 3. p. q. 7. ar. 7. ad 3.

[c] S. Tho. 2. 2. q. 176. ar. 1. ad 3. & 3. p. q. 7. ar. 7. ad 3.

[d] S. Tho. p. 2. q. 111. ar. 4. & 2. 2. q. 176. ar. 2. ad 3.

QVÆRITVR VII.

Vtrum in Chriſto fuerit gratię plenitudo.

REſpondetur dicendum. In anima Chriſti Domini fuit gratię plenitudo [e], ideſt maxima omnium gratiarum, quæ datæ ſint, aut dari poſſint hominibus.

Probatur. Qui ita plenus gratiæ dicitur vt de plenitudine eius omnes accipiant fideles, neceſſe eſt gratiarum omnium maximam habuiſſe.

At

[e] Matth. 3. & 17. Lucæ 4. Ioan. 1. & 3. Ad Coloſſ. 1. & 2. Catechiſmus Romanus p. 2. de ſatisfact. §. 73. Neque verò: Orig. hom. 1. in Matt. hom. 1. ex varijs circa finem, & hom. 29. in Lucam. Athan. in lib. de hum. natura ſuſcepta, circa principium. S. Hilar. lib. 9. de Trin. S. Ambroſ. lib. 2. in c. 2. Lucæ. Chryſoſt. hom. 11. in Ioan. & hom. 7. in ep. ad Coloſſ. S. Aug. ep. 57. ad Dardanum, lib. 13. de Trin. c. 19. & lib. 15. c. 26. tract. 3. & 14. in Ioan. lib. 13. de Ciu. Dei c. 19. & lib. 3. contra Maxim. c. 16. Cyrill. lib. 1. in Ioan. cap. 7. Theodor. in cap. 2. ad Coloſſ. S. Gregor. lib. 1. in c. 1. lib. 1. Reg. c. 1. Beda hom. in Dominicam primam poſt Epiphaniam. S. Damaſc. lib. 3. orthod. Fid. c. 22. S. Anſel. in c. 2. ad Coloſſ. S. Bernar. in ſerm. de Natiu. B. Mariæ, & hom. 2. ſuper Miſſus eſt. Magiſt. in 3 diſt. 13. S. Tho. 3. p. q. 7. ar. 9. 10. 11. & 12. S. Bonau. in 3. diſt. 13.

At Chriſtus ex Scripturis [a] iuxta ſenſum ab Eccleſia [b] receptum dicitur ita plenus gratiæ fuiſſe, vt de plenitudine eius omnes acceperint, & accipiant.

Fuit igitur in Chriſti Domini anima omnium gratiarum maxima [c], quas dedit, aut dare poteſt Deus hominibus in hoc ordine rerum, in quo electi omnes de plenitudine gratiæ Saluatoris recipiunt: ſic enim decebat eum habere qui erat Deo per vnionem hypoſtaticam perfectiſsimo modo coniunctus.

OBIICIES.

Habitualis Chriſti Domini gratia non erat infinita [d].

Poterat igitur dari alia gratia quæ maior eſſet illa, quæ eſt in Chriſti Domini anima.

Reſpondetur, gratia quæ erat in Chriſti Domini anima ſimpliciter, & abſolutè non erat infinita [e], & per conſequens poterat dari alia gratia maior illa quæ eſt in Chriſti Domini anima, omnipotentis Dei virtutem ſi reſpiciamus, qua poteſt qualibet creatura data aliam perfectiorem producere.

Verum ſi reſpiciamus ordinem, & ſtatum rerum quem poſuit Deus, non poterat cuiquam dare maiorem [f] gratiam quæ deceret habentem, quàm fuerit illa, quam Chriſti Domini

[a] Ioan. 1. & 3. Ad Epheſ. 1. 3. & 4.

[b] Catechiſmus Rom. in explicatione art. 3. Symb. Apoſt. S. Athan. lib. 1. de Aſſumpt. Hominis ad Theophilum contra Marcellionem. Nazianz. orat. 2. de Paſcha. S. Auguſt. tract. 14. in Ioan. lib. 2. ſup. Gen. ad litteram cap. 8. & ep. 57. ad Dardanum. S. Fulgent. lib. de Fide ad Petrum c. 2. S. Bernar. ſerm. 22. Magiſt. in 3. diſt. 13. S. Tho. 3. p. q. 7. ar. 9. 10. & ſeqq. q. 12. ar. 3. & 4. & q. 20. ar. 1. S. Bonau. in 3. diſt. 13. ar. 2. q. 3. Scot. in 3. diſt. 13. q. 2.

[c] Chryſ. hom. 7. in epiſt. ad Coloſs. S. Greg. lib. 1. in c. 1. lib. 1. Regum c. 1. Magiſt. in 3. diſt. 13. S. Tho. 3. p. q. 7. ar. 9. 10. 11. & 12.

[d] S. Tho. 3. p. q. 7. ar. 9. ad 3. & ar. 11. S. Bonau. in 3. diſt. 13. ar. 1. q. 2. Scot. in 3. diſt. 13. q. 1.

[e] Sapient. 11. S. Tho. 3. p. q. 7. ar. 9. ad 3. & ar. 11.

[f] Ioan. 1. S. Tho. 3. p. q. 7. ar. 9. 10. 11. & 12.

anima habuit, quæ erat perfectiſsimo modo coniuncta Verbo.

Quamobrem & Virgo beata eam habuit gratiæ [a] plenitudinem, quæ Chriſti matrem decebat.

Sicut & Protomartyr Stephanus plenus gratiæ fuiſſe dicitur [b]; quia eum gratiæ gradum habuit, qui ſufficiens fuit ad eum ſtatum & gradum ad quem vocatus fuit ita, vt poſſet forti animo tolerare tormenta, & pro perſecutoribus orare, exemplumque cæteris eſſe qui poſt ipſum debebant pro Chriſto Domino & contumelias & verbera pati, ac pro eodem etiam erant mortem ſubituri.

Dicitur tamen in Chriſti humanitate gratia fuiſſe infinita [c]; quia per vnionem hypoſtaticam aſſumpta eſt ad infinitam dignitatem, ad ſubſiſtendum ſcilicet ſubſiſtentia Verbi.

QVÆ-

[a] Lucæ 1. S.Cypr. in lib. de Cardinalibus Chriſti operibus. S. Auguſt. in lib. de natura, & gratia c.36. Sophronius Epiſcop. Hieroſol. in epiſt. ad Sergiũ Conſtantinop. quæ habetur in ſexta Synod. gen. act. 11. Petrus Damianus in ſerm. de Annunciat. B. Mariæ. S. Anſel. in lib. de conceptu Virginali, & peccato orig. c.18. S.Bruno Herbipolenſis Epiſcopus in comment. Pſal. 101. in illa verba, Dominus de cęlo in terrã aſpexit, tom. 11. mag. Bibliot. vet. Patrum. S.Bernar. ſerm. de Natiuit. B. Mariæ. S.Tho. 3.p.q.7.a.10. ad primum. Bellarm. tom.4. controu. lib 4. de Amiſs. gratiæ, & ſtatu peccati cap.15.

[b] Act. 7. S.Tho. 3.p.q.7.ar.10. ad primum.

[c] Iob 28. Ioan. 3. 1. Ioan. 2. Origen. hom. 2. ex varijs circa finem. S. Gregor. Nazianz. orat. 36. num. 49. S. Chryſoſt. in c.3. Ioan. S. Auguſt. tract. 14. in Ioan. ep. 57. lib. 13. de Ciu. Dei c. 19. & lib. 15. de Trinit. cap. 26. S. Cyrill. lib. 2. in Ioan. cap. 3. & 72. Theodor. in cap. 2. ad Coloſs. S. Gregor. lib. 18. Moral. c. 3. S. Damaſc. lib. 3. de Fid. cap. 22. S. Anſel. in cap. 2. ad Coloſs. S. Bernard. ſerm. de Natiu. B. Mariæ. S.Tho. 3. p. q. 7. ar. 11. S. Bonau. in 3. diſt. 13.

QVÆRITVR VIII.

An habitualis gratiæ plenitudo vnionem hypoſtaticam antecedat,vel ſequatur.

RESpondetur, dicendum primo. Plenitudo habitualis gratiæ vnionem hypoſtaticam tempore non præcedit [a].

Probatur, nam ſimulac fuit anima Chriſti Domini corpori vnita, ſtatim [b] & in eodem temporis momento per hypoſtaticam vnionem fuit natura humana Verbo coniuncta.

Non potuit igitur habitualis gratia tempore hypoſtaticam vnionem præcedere.

Dicendum ſecundo. neque etiam habitualis gratiæ plenitudo vnionem hypoſtaticam natura præceſsit [c].

Probatur. Illud natura præcedit aliud, quod cauſa eſt.

At habitualis gratia eſt effectus [d] vnionis hypoſtaticæ, non cauſa: data namque animæ Chriſti

[a] S. Tho. 3. p. q. 7. art. 13.

[b] Lucæ 1. Ad Hebr. 1. Conc. Epheſ. p. 1. c. 2. & can. 11. Conc. Chalced. act. 1. Quinta Synod. collat. 8. cap. 6. Sexta Synod. act. 11. Septima Synod. act. 3. in ep. Synodica Theodori Hieroſol. Conc. Francoford. in ep. ad Epiſcopos Hiſpaniæ. Concil. Tolet. 11. in profeſs. Fid. Catechiſmus Romanus in explicat. art. 3. Symb. Apoſt. S. Ignatius in epiſt. ad Trallianos. Irenæus lib. 1. c. 33. & lib. 5. c. 19. Tertull. lib. de carne Chriſti. S. Athan. in orat. de S. Deipara. Nazianz. in epiſt. ad Quirinum. S. Aug. lib. 1. de Trin. cap. 13. ſerm. 21. de temp. ſerm. 58. de verbis Domini, & lib. contra ſerm. Arianorum, cap. 8. & 28. S. Cyrill. Alexand. in epiſt. ad Monachos Aegypti. S. Leo ſerm. 11. ad Iulianum, & ſerm. 8. de Natiuit. Vigilius lib. 3. contra Eutychetem. S. Fulgent. in lib. de Incar. & gratia Chriſti c. 3. S. Gregor. lib. 18. Moral. c. 27. in illud Iob 28. Non adæquabitur ei Topazium, & ep. 61. S. Damaſc. lib. 3. orthod. Fid. c. 2. & 12. S. Bernar. hom. 4. ſuper Miſſus eſt. Magiſt. in 3. diſt. 3. S. Tho. 3. p. q. 6. ar. 4.

[c] S. Tho. 3. p. q. 7. ar. 13.

[d] Iſa. 42. S. Aug. lib. 13. de Ciu. Dei cap. 19. lib. 15. de Trinit. c. 26. lib. 3. contra Maxim. cap. 16. & tract. 3. in Ioan. S. Damaſc. lib. 3. orth. Fid. cap. 22.

Chriſti Domini fuit gratia vt ornamentum naturali Filio debitum.

Ergo plenitudo gratiæ non eſt natura, ſeu cauſalitate prior hypoſtatica vnione.

CAPVT VI.

De Chriſto Domino qua ratione eſt Eccleſiæ caput.

Eccleſiæ nomine ex Scripturis intelligimus collectionem [a] fidelium, quæ vniuerſalis, & particularis eſt, maior, aut minor, prout maior aut minor eſt multitudo fidelium, qui in particulari Eccleſia continentur; cum ordine tamen ad vniuerſalem Eccleſiam, quæ omnes complectitur fideles qui in Eccleſia aut fuerunt,

[a] Matth. 3. 18. 22. & 25. Ioan. 10. Act. 2. Ad Rom. 12. 1. Cor. 5. & 12. 2. Cor. 6. Ad Galat. 3. 2. Timot. 2. Ad Titum 3. 1. Ioan. 2. Conc. Nicænum, c. 8. & 19. Conc. Later. ſub Innocent. III. de ſum. Trin. & Fid. cath. c. 1. Conc. Florent. in Inſtruct. Armenorum. Nicolaus Papa de cōſecrat. diſt. 1. can. Eccleſia. 11. q. 3. can. Canonica, & can. Omnis. Catechiſmus Romanus in explicat. art. 9. Symb. Apoſt. Irenæus lib. 3. c. 3. Tertull. in lib. de præſcript. in Apologet. cap. 39. S. Cyprian. lib. 1. epiſt. 6. lib. 3. epiſt. 3. ad Maximum, & lib. 4. epiſt. 2. & 9. ad Florentinum Papianum. Euſeb. lib. 5. Hiſtor. cap. 24. S. Hilar. in c. 18. Matth. Nazian. orat. in ſacrum lauacrum, & orat. 1. Apolog. ante med. S. Epiphan. hæreſi 42. S. Ambr. in c. 2. ep. 2. ad Timot. S. Hieron. in dialogo contra Luciferianos circa finem, in c. 1. Amos, in c. 3. ad Titum, & in c. 5. ad Epheſ. S. Aug. in Breuiculo collationis collat. 3. tract. 4. 6. & 45. in Ioan. lib. 2. contra Creſcouium c. 21. & 34. lib. de vnitate Eccleſiæ per totum, lib. 4. contra Donatiſtas c. 10. lib. 2. de Baptiſmo c. 12. & lib. 4. c. 3. lib. de Fid. & Symb. cap. 10. de corrept. & gratia c. 9. & 15. q. 39. in Deut. lib. de vera Religione c. 6. in ep. ad Dardanum, de bono perſeu. c. 8. lib. 3. de doctr. Chriſtiana c. 32. lib. 2. Retract. c. 18. & lib. 18. de Ciu. Dei c. 49. Chryſoſt. hom. 24. in Ioan. hom. 3 in 1. ad Corint. hom. 11. in ep. ad Epheſ. in c. 18. Matth. lib. 3. de Sacerdotio, & in Pſal. 39. in illud, Multiplicatæ ſunt ſuper capillos &c. S. Cyrill. lib. 12. in Ioan. c. 50. Optatus Mileuit. lib. 1. & 2. contra Parmenianum. S. Fulgent. lib. de Fide ad Petrum c. 38. 39. & 43. S. Gregor. hom. 11. & 38. in Euang. S. Tho. 3. p q. 8. ar. 1. & ar. 4. in 2. arg. Bellarm. tom. 2. controu. lib. 3. de Eccleſia Militante c. 2. & ſeqq.

fuerunt, aut ſunt, aut futuri ſunt, aut poſſunt eſſe.

Omnis namque homo ad æternam fœlicitatem natus, & ad hunc finẽ a Deo procreatus, poteſt Eccleſiæ membrum, aut pars aliqua eſſe.

Huic collectioni toti quæ vnum eſt myſticè corpus, vnum videtur conſtituendum caput, quod poſſit omnes homines a Deo peregrinantes [a] reducere in patriam; cum quo qui non defecerunt in via, ſed ſecuti fuerint eum, coronam iuſtitiæ recepturi ſunt quæ eſt beata [b] viſio, cum qua eſt coniunctus ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus.

QVÆRITVR PRIMO.

Vtrum Christus Dominus ſit Eccleſiæ caput.

Quæſito reſpondetur dicendum. Chriſtus Dominus eſt Eccleſiæ caput [c].

Probatur. Nam is conſtituendus eſt Eccleſiæ caput, qui ordine & dignitate,

[a] 2. Corint. 5.
[b] S. Tho. 3. p. q. 7. ar. 10. ad 2.
[c] Ioan. 1. & vlt. Ad Rom. 6. & 12. 1. Cor. 11. & 12. Ad Epheſ. 1. 4. & 5. Ad Philip. 2. Ad Coloſſ. 1. & 2. 1. Timot. 4. Ad Hebr. 2. 1. Ioan. 2. Conc. Sirmienſe ſub Liberio Papa in 1. Fidei confeſſ. Conc. Trid. ſeſſ. 6. Catechiſmus Romanus in explicat. art. 9. Symb. Apoſt. Origen. hom. 2. in Pſ. 36. col. 2. S. Hilar. lib. 8. de Trin. in fine, in lib. de Synodis, & in cap. 18. Matth. in illud, Sit tibi ficut Ethnicus &c. S. Baſil. in lib. de Spiritu ſancto c. 5. S. Ambroſ. in c. 1. 4. & 5. ad Epheſ. S. Hieron. in cap. 1. 4. & 5. ad Epheſ. S. Aug. præfat. ad 2. enarr. Pſal. 29. ad Pſal. 139. ſerm. 50. de verbis Domini, epiſt. 50. & 57. in fine, lib. 1. de Trin. cap. 12. & in Enchir. c. 56. Theodor. in cap. 1. 4. & 5. ad Epheſ. Sedulius Scotus Hyberníenſis in c. 1. 4. & 5. ep. ad Epheſ. tom. 5. mag. Bibliot. vet. Patrum p. 1. S. Leo in ſerm. de Transfig. Domini. S. Remigius Epiſcopus Rhemenſis in cap. 1. ep. ad Coloſſ. tom. 5. mag. Biblior. vet. Patrum p. 3. Primaſius Vticenſis Epiſc. in Aphrica in c. 1. 4. & 5. ep. ad Epheſ. & in c. 1. ad Coloſſ. tom. 6. mag. Bibliot. vet. Patrum p. 2. S. Anſel. in c. 1. 4. & 5. ad Epheſ. & in c. 1. ad Coloſſ. Magiſt. in 3. diſt. 13. S. Tho. 3. p. q. 7. ar. 7. & q. 8. ar. 1. & ſeqq. S. Bonau. in 3. diſt. 13. Bellarm. tom. 1. contr. lib. 5. de Chriſto Mediatore cap. 10. & tom. 2. lib. 3. de Eccleſia Militante c. 2. 5. & 6.

te, perfectione, ac virtute ita primus eſt, vt influat in reliquas corporis partes, ſeu membra, qui ſunt omnes qui ad Eccleſiam ſpectant.

At Chriſtus homo Deus ordine, dignitate, perfectione, atque virtute eſt primus ita, vt in cæteros influat gratiam, virtutes, & dona.

Eſt igitur ipſe Eccleſiæ caput; cum tanquam caput [a] in membra, & vitis in palmites in ipſos iuſtificatos iugiter virtutem influat; & per ipſum cæteris ſaltem auxilia ſufficientia dentur, quibus fidem & iuſtitiam conſequi poſſent.

QVAERITVR II.

Vtrum Chriſtus Dominus ſit Angelorum caput.

RESpondetur, dicendum. Chriſtus Dominus Angelorũ caput [b] eſt. Probatur, qui primus eſt ordine, dignitate, & auctoritate in aliqua multitudine in aliquem finem ordinata; ita vt in eam influat aliquid motui, aut ſenſui ęquiualens; illius multitudinis caput eſt.

Sed

[a] Ioan. 15. 1. Corint. 11. Conc. Trident. ſeſs. 6. cap. 16.

[b] Matth. 4. Ad Epheſ. 1. Ad Philip. 2. Ad Coloſs. 2. 1. Petri 3. S. Dionyſ. cap. 7. de diu. nom. Origen. hom. 2. in Pſal. 36. col. 2. S. Cyprian. de Aſcenſ. Chriſti. S. Hilar. in Pſal. 139. & in lib. de Synodis. S. Athan. orat. 4. contra Arianos. Cyrill. Hieroſol. catecheſi 14. Nyſs. hom. de Aſcenſ. S. Hieron. in c. 1. & 3. ad Epheſ. in cap. 2. ad Philip. & in cap. 2. ad Coloſs. Chryſoſt. hom. 3. in c. 1. ad Epheſ. in c. 2. ad Coloſs. & hom. 5. in c. 2. ad Hebr. S. Auguſt. concione 3. in Pſal. 36. in Pſ. 139. ad illa verba, Caput circuitus eorum. S. Cyrill. lib. 1. in Leuit. lib. 9. in Ioan. c. 31. & in Exegeſi ad Acacium Epiſcopum. Theodor. in cap. 1. ad Epheſ. & in c. 2. ad Coloſs. S. Leo ſerm. 1. de Aſcenſ. c. 4. Remigius Rhemenſis in c. 2. ep. ad Coloſs. tom. 5. mag. Bibliot. vet. Patrum p. 3. Primaſius Vticenſis in cap. 1. & 2. ep. ad Coloſs. tom. 6. mag. Bibliot. vet. Patrum. S. Greg. hom. 4. & 7. in Ezech. lib. 27. Moral. c. 7. & hom. 29. in Euang. Beda in c. 12. lib. 1. Regum. S. Damaſc. Hymno de Aſcenſ. Domini. S. Anſel. in c. 2. ad Coloſs. in c. 1. ad Epheſ. & in c. 2. ad Philipp. S. Bernard. ſerm. 22. in Cant. & ſerm. 2. de Pentecoſt. Magiſt. in 3. diſt. 13. S. Tho. 3. p. q. 8. ar. 4. S. Bonau. in 3. diſt. 13. ar. 2. q. 9. Bellar. tom. 4. controu. lib. 2. de gratia, & lib. arb. c. 17.

Sed Chriſtus Dominus ita ordine, dignitate, atque auctoritate, virtutibus ac donis antecedit Angelos qui ſunt ad æternam beatitudinem deſtinati, aut illam poſſident, vt poſſit in ipſos influere [a], manifeſtando ſaltem ea quæ per illuminationẽ de diuinis myſterijs neſcientes addiſcunt Angeli.

[a] S. Tho. 3. p. q. 8. art.4. ad 3. S.Bonau.in 3.diſt.13. ar.2. q. 3.

Poteſt igitur eſſe, & verè eſt Angelorum caput Chriſtus vt ad Epheſ. 1. Apoſtoli verba demonſtrant. Et ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam, quæ non ſolum Homines, ſed & omnem Principatum, & Poteſtatem, & Virtutem, & Dominationem comprehendit.

QVÆRITVR III.

Vtrum eſſe caput Eccleſiæ proprium ſit Chriſti Domini.

CHriſtum Dominum Eccleſiæ caput eſſe ex eo quod gratiam, virtutes, & dona in Homines influat [b], qui per hæc in vitam ducuntur ęternam, beneficum à capite Chriſto recipientes influxum, ex dictis conſtat.

[b] Ioan. 15. Conc.Trident. ſeſſ.6. cap.16. Catechiſmus Romanus in explicat.art.9. Symb. Apoſt.

Nunc quærimus vtrum ſoli Chriſto Eccleſiæ caput eſſe conueniat.

Magiſt. in 3. diſt.13. S.Tho.3. p.q.8. ar. 1. a. 3. & ſeqq. S.Bonau.in 3.diſt.13. ar.2. q.2. & 3.

Reſpondetur dicendum. Solus Chriſtus Dominus

te, perfectione, ac virtute ita primus eſt, vt influat in reliquas corporis partes, ſeu membra, qui ſunt omnes qui ad Eccleſiam ſpectant.

At Chriſtus homo Deus ordine, dignitate, perfectione, atque virtute eſt primus ita, vt in cæteros influat gratiam, virtutes, & dona.

Eſt igitur ipſe Eccleſiæ caput; cum tanquam caput [a] in membra, & vitis in palmites in ipſos iuſtificatos iugiter virtutem influat; & per ipſum cæteris ſaltem auxilia ſufficientia dentur, quibus fidem & iuſtitiam conſequi poſſent.

QVAERITVR II.

Vtrum Chriſtus Dominus ſit Angelorum caput.

RЕſpondetur, dicendum. Chriſtus Dominus Angelorũ caput [b] eſt. Probatur, qui primus eſt ordine, dignitate, & auctoritate in aliqua multitudine in aliquem finem ordinata; ita vt in eam influat aliquid motui, aut ſenſui ęquiualens; illius multitudinis caput eſt.

[a] Ioan. 15. 1. Corint. 11. Conc. Trident. ſeſs. 6. cap. 16.

[b] Matth. 4. Ad Epheſ. 1. Ad Philip. 2. Ad Coloſs. 2. 1. Petri 3. S. Dionyſ. cap. 7. de diu. nom. Origen. hom. 2. in Pſal. 36. col. 2. S. Cyprian. de Aſcenſ. Chriſti. S. Hilar. in Pſal. 139. & in lib. de Synodis. S. Athan. orat. 4. contra Arianos. Cyrill. Hieroſol. catecheſi 14. Nyſs. hom. de Aſcenſ. S. Hieron. in c. 1. & 3. ad Epheſ. in cap. 2. ad Philip. & in cap. 2. ad Coloſs. Chryſoſt. hom. 3. in c. 1. ad Epheſ. in c. 2. ad Coloſs. & hom. 5. in c. 2. ad Hebr. S. Auguſt. concione 3. in Pſal. 36. in Pſ. 139. ad illa verba, Caput circuitus eorum. S. Cyrill. lib. 1. in Leuit. lib. 9. in Ioan. c. 31. & in Exegeſi ad Acaciam Epiſcopum. Theodor. in cap. 1. ad Epheſ. & in c. 2. ad Coloſs. S. Leo ſerm. 1. de Aſcenſ. c. 4. Remigius Rhemenſis in c. 2. ep. ad Coloſs. tom. 5. mag. Bibliot. vet. Patrum p. 3. Primaſius Vticenſis in cap. 1. & 2. ep. ad Coloſs. tom. 6. mag. Bibliot. vet. Patrum. S. Greg. hom. 4. & 7. in Ezech. lib. 27. Moral. c. 7. & hom. 29. in Euang. Beda in c. 12. lib. 1. Regum. S. Damaſc. Hymno de Aſcenſ. Domini. S. Anſel. in c. 2. ad Coloſs. in c. 1. ad Epheſ. & in c. 2. ad Philipp. S. Bernard. ſerm. 22. in Cant. & ſerm. 2. de Pentecoſt. Magiſt. in 3. diſt. 13. S. Tho. 3. p. q. 8. ar. 4. S. Bonau. in 3. diſt. 13. ar. 2. q. 9. Bellar. tom. 4. controu. lib. 2. de gratia, & lib. arb. c. 17.

Sed Chriſtus Dominus ita ordine, dignitate, atque auctoritate, virtutibus ac donis antecedit Angelos qui ſunt ad æternam beatitudinem deſtinati, aut illam poſſident, vt poſſit in ipſos influere [a], manifeſtando ſaltem ea quæ per illuminationẽ de diuinis myſterijs neſcientes addiſcunt Angeli.

[a] S. Tho. 3. p. q. 8. art. 4. ad 3. S. Bonau. in 3. diſt. 13. ar. 2. q. 3.

Poteſt igitur eſſe, & verè eſt Angelorum caput Chriſtus vt ad Epheſ. 1. Apoſtoli verba demonſtrant. Et ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam, quæ non ſolum Homines, ſed & omnem Principatum, & Poteſtatem, & Virtutem, & Dominationem comprehendit.

QVÆRITVR III.

Vtrum eſſe caput Eccleſiæ proprium ſit Chriſti Domini.

CHriſtum Dominum Eccleſiæ caput eſſe ex eo quod gratiam, virtutes, & dona in Homines influat [b], qui per hæc in vitam ducuntur ęternam, beneficum à capite Chriſto recipientes influxum; ex dictis conſtat.

[b] Ioan. 15. Conc. Trident. ſeſſ. 6. cap. 16. Catechiſmus Romanus in explicat. art. 9. Symb. Apoſt. Magiſt. in 3. diſt. 13. S. Tho. 3. p. q. 8. ar. 1. 2. 3. & ſeqq. S. Bonau. in 3. diſt. 13. ar. 2. q. 2. & 3.

Nunc quærimus vtrum ſoli Chriſto Eccleſiæ caput eſſe conueniat.

Reſpondetur dicendum. Solus Chriſtus Dominus

minus etiam qua ratione homo eſt Eccleſiæ caput [a], interius gratiam influens quæ eſt animæ vita, & per virtutes, & dona operandi principium illarum operationum, quibus Homo in æternam ducitur vitam.

Probatur. Interius in animas Hominum influere gratiam, virtutes, & dona tanquam primo principio independenter operanti conuenit Deo [b]; quia neque qui [c] plantat eſt aliquid,

neque

[a] Ad Coloſſ. 1. Concil. Tolet. 8. c. 4. S. Auguſt. tract. 46. in Ioan. & ſerm. 57 de verbis Domini. S. Tho. 3. p. q. 8. ar. 6.

[b] Iob. 32. Pſ. 16. 83. 136. & 142. Prou. 16. & 20. Ierem. 10. & 31. Ioan. 6. & 15. Actor. 2. Rom. 7. 8. & 9. 1. Cor. 4. 12. & 15. 2. Cor. 3. Ad Epheſ. 1. Ad Philip. 2. & 4. Iacobi 1. Conc. Epheſ. p. 1. cap. 5. Conc. Carthag. in ep. ad Innoc. I. de Pelagio, & Cæleſtio. Conc. Mileuit. in epiſt. ad Innocentium I. Conc. Africanum c. 80. Conc. 2. Arauſic. c. 9. 10. 13. 14. 18. 19. & 20. Conc. Valentinũ c. 6. de gratia. Conc. Trident. ſeſs. 6. Catechiſmus Romanus in explicat. art. 9. Symb. Apoſt. Innoc. I. in ep. 31. ad Conc. Carthag. Gelaſius ep. 5. S. Dionyſ. cap. 1. de cæl. hierarc. & c. 4. de diu. nom. Irenæus lib. 3. cap. 19. Clemens Alexand. lib. 5. Stromatum. Origen. hom. 1. in Pſal. 36. & lib. 3. de Principijs c. 1. & 2. Cyprianus lib. 3. ad Quirinum cap. 4. lib. 2. ep. 2. & lib. 3. ep. 77. Lactant. lib. 1. Inſtit. cap. 11. S. Hilar. lib. 9. de Trinit. & in Pſal. 123. S. Athan. de communi eſſentia Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Cyrill. Hieroſol. catecheſi 1. S. Baſil. hom. 22. de Humilitate, hom. quod ſine diuina virtute, & gratia &c. tract. Quomodo baptizetur aliquis &c. & in Pſal. 33. Nazian. in dictum illud Euang. Cum conſumaſſet Ieſus &c. & de virtute humana. Marcus Eremita in lib. de Paradiſo c. 1. 40. & 41. tom. 4. mag. Bibliot. veterum Patrum. S. Ambroſ. ad c. 3. Lucæ. S. Hieron. lib. 1. c. 3. & 4. adu. Pelagium ad Cteſiphontem, & ep. 139. ad Cyprianum. S. Chryſoſt. hom. 8. in 2. Timot. 4. & hom. de Adam, & Eua. S. Auguſt. ep. 89. q. 2. ad Hilarium, ep. 105. ad Sixtum Presbyterum, ep. 107. ad Vitalem, & ep. 290. Cyrill. Alex. lib. 1. de Adoratione c. in Spiritu, & veritate, & lib. 5. in Iſaiam cap. 60. Ioannes Caſsianus collat. 3. c. 12. & 13. Eucherius Lugdun. in lib. 4. Regum poſt initium, tom. 5. mag. Bibliot. vet. Patrum p. 1. Theodor. in c. 4. ep. 1. ad Corint. S. Proſper de Ingratis c. 14. & 45. de gratia & lib. arb. ep. ad Ruffinum, & de vocat. gentium lib. 1. cap. 6. & 24. S. Fulgent. ep. 4. ad Probam de orat. c. 3. ep. 6. c. 6. & 7. de Fide ad Petrum c. 32. de gratia Chriſti c. 20. & lib. 1. ad Monimum cap. 9. & 11. Ioannes Maxentius in confeſs. Fidei, tom. 6. mag. Bibliot. vet. Patrum p. 1. Sophronius Hieroſol. orat. in Chriſti Saluatoris Natalitia, tom. 7. mag. Bibliot. vet. Patrum. Elias Cretenſis in orat. 19. Nazianz. Caſſiod. in Pſal. 3. 17. & 67. S. Gregor. lib. 2. Moral. c. 24. lib. 30. c. 15. hom. 9. in Ezech. in Pſal. 7. lib. 7. ep. 55. & lib. 5. in c. 10. lib. 1. Reg. Iſidor. lib. 2. de Eccleſ. officijs c. 23. Beda lib. 2. in Eſdram c. 8. lib. 2. in Prouerb. Salomonis cap. 20. in c. 8. & 15. Lucæ, & in c. 6. Ioan. S. Damaſc. lib. 2. orthod. Fid. c. 30. lib. 3. c. 22. & de duabus in Chriſto voluntatibus & actionibus. S. Anſel. ad c. 3. ep. 2. ad Cor. & ad c. 2. ad Philip. S. Bernard. ſerm. 13. ſuper Cant. ſerm. 21. in die Pentec. & in lib. de gratia, & lib. arb. Magiſt. in 2. diſt. 39. & in 4. diſt. 39. S. Tho. 3. p. q. 7. ar. 1. & q. 8. ar. 6. S. Bonau. in 3. diſt. 10. ar. 2. q. 2.

[c] 1. Corint. 3.

neque qui rigat: ſed qui incrementũ dat Deus. cui cum ſit hypoſtaticè Chriſti Domini humanitas in perſona Verbi vnita, illa eadem ſola à Verbo tantam accepit auctoritatem, & dignitatem, vt tanquam inſtrumentum Verbo coniunctum in Eccleſiæ membra interius influere poſſit gratiam, virtutes, & dona.

Solus ergo Chriſtus Dominus etiam qua ratione Homo eſt Eccleſiæ caput, in Homines qui ſunt eius membra interius gratiam, virtutes, & dona influens.

In eius item nomine [a] ſaluos fieri oportet quicunque ſalui fiunt. cuius mors, ac paſſio eſt noſtræ ſalutis fundamentum.

OBIICIES PRIMO.

SI Chriſto ſoli conueniret eſſe Eccleſiæ caput;

De Romano Pontifice id negaretur, contra Eccleſiam [b], quæ hanc veritatem à Spiritu ſan-

S 2 cto

[a] Matth. 10. Ioan. 3. Act. 2. 4. 10. & 19. Ad Rom. 3. & 10. 1. Cor. 1. & 6. Ad Philip. 2. Ad Hebr. 2. 1. Ioan. 2. & 3. Conc. Tolet. 6. c. 1. Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 2. 3. & ſeqq. & can. 1. & deinceps. Catechiſmus Romanus in explicat. art. 4. Symb. Apoſt. Gelaſius ep. 8. ad Epiſcopos Galliæ c. 4. S. Ignatius in epiſt. ad Smyrnenſes. Iuſtinus in dialogo cũ Triphone. Origen. lib. 2. in Iob, lib. 3. in Leuit. & ad c. 3. ad Rom. S. Athan. orat. 4. contra Arianos. Cyrill. Hieroſol. catecheſi 13. S. Leo ſer. 1. & ſeqq. de Paſsione Domini. Caſsiod. ad Pſal. 117. S. Greg. lib. 17. Moral. cap. 18. Magiſt. in 3. diſt. 25. S. Bonau. in 1. diſt. 15. q. 1.

[b] Conc. Nicænum can. 6. Conc. Sardicenſe c. 4. & 7. Conc. Conſtantinop. 1. Generale 2. in ep. ad Damaſum, & can. 3. Conc. Epheſ. in ep. ad Cæleſtinum Papam, quæ habetur p. 2. act. 5. Conc. Chalced. act. 1. 2. 3. & 16. Sexta Synod. act. 17. & 18. Septima Synod. act. 2. 6. & 7. Octaua Synod. act. 3. & can. 21. Conc. Later. ſub Innocent. III. c. 5. Conc. Lugdun. gener. ſub Greg. X. cap. Vbi periculum. Conc. Florent. Græcis, & Latinis Conſentientibus, Definimus ſanctam Apoſtolicam Sedem, &c. Conc. Viennenſe ſub Clemente V. cap. de ſummæ Trinit. & Fid. cath. Conc. Conſtant. ſeſs. 8. & 15. Conc. Later. ſub Leone X. ſeſs. 11. Conc. Trid. ſeſs. 14. c. 7. & alibi. Synodus Rom. ſub Silueſtro cap. 20. Synod. Conſtantinop. in cauſa Antimi act. 4. Conc. Tolet. 1. in fine aſſertionis Fidei. Conc. Aphricanum cap. 35. Conc. Mileuit. in ep. ad Innoc. Papam. Conc. Carthag. in ep. ad Innocentium Papam. Synod. Romana 1. ſub Symmacho cap. 3. Concil. habitum in Epiro in epiſt. ad Hormiſdam Pa-

pam. Synod. Mopſueſtena ep. ad Vigilium Papam. Conc. 4. Aurelianenſe c. 1. Conc. 2. Turonenſe c. 21. Conc. 1. Bracharenſe cap. 22. & 23. Synod. Triburienſis cap. 30. S.Clemens Papa ep. 1. Anacletus ep. 1. 2. & 3. Euariſtus ep. 1. Alexander epiſt. 1. Sixtus ep. 2. Pius ep. 1. & 2. Anicetus ep. 1. Victor ep. 1. Zepherinus ep. 1. Calixtus epiſt. 1. & 2. Antherus ad Epiſcopos Bæticæ & Toletanæ Prouinciæ. Fabianus ep. 2. ad omnes Orientales Epiſcopos, & ep. 3. c. 2. ad Hilarium Epiſcopum. Lucius ep. ad Galliæ, & Hiſpaniarum Epiſcopos. Dionyſius ep. 2. Felix I. ep. 3. Marcellus epiſt. 1. Euſeb. ep. 3. Melchiades ep. 1. Sylueſter in Conc. Rom. c. 20. Marcus ep. 1. S. Iulius ep. 1. & 2. Liberius I. ep. ad Athanaſium, & ep. ad Conſtantinum Auguſtum. Felix II. ep. 1. ad Athanaſium, & cæteros Aegypti Epiſcopos Alexandriæ congregatos. S.Damaſus in ep. 2. ad omnes Epiſcopos Orientales, & in ep. 4. ad Epiſcopos Numidiæ. S. Syricius in ep. ad Himericum Epiſc. Taraconeñ. S.Zoſimus in ep. ad Heſichium Epiſcopum Solonitanum. S. Innocentius ep. 22. ad Epiſcopos Macedoniæ, in ep. ad Conc. Mileuit. & in ep. ad Conc. Carthag. Bonifacius I. ep. ad Epiſcopos Galliæ. Cæleſtinus ep. 6. ad Ioannem Antiochenum, & ep. ad Cyrillum Alexandrinum. S. Leo ep. 46. ad Anatholium Epiſc. Conſtantinop. ep. 62. ad Maximum Antiochenum, & ep. 84. ad Anaſtaſium Theſsalon. epiſt. 87. ad Epiſcopos Aphricæ, & ſerm. 1. de Natali Apoſtolorum. Symplicius ep. 9. ad Zenonem Auguſtum, & ep. 17. ad Acacium Conſtantinop. S.Gelaſius in ep. 2. ad Epiſcopos Dardaniæ, ep. 11. ad eoſdem, ep. 6. cap. 11. & 27. in decreto de Apocryphis ſcripturæ libris, & in ep. 10. ad Anaſtaſium Imp. Ioannes II. in ep. ad Iuſtinianum ſeniorem Auguſtum. Anaſtaſius II. in ep. ad Anaſtaſium Imper. Felix IV. ep. 1. ad Varios Epiſcopos. Pelagius I. in ep. 1. ad Vigilium, & ep. ad Sepaudum Arelatenſem Epiſcopum. Pelagius II. ep. 1. ad Epiſcopos Orientis, & ad illegitimam Synodum Conſtantinopolitanam. S.Gregor. Mag. lib. 1. ep. 72. ad Gennadium, lib. 2. ep. 37. ad Natalem, lib. 4. ep. 56. ad Epiſcopos Prouinciæ Helladis, lib. 7. ep. 63. & 64. ad Ioannem Epiſc. Syracuſanum. Adrianus I. in epiſt. ad Tharoſium. Nicolaus I. in ep. ad Michaelem Imperatorem. Leo IX. in ep. ad Michaelem Epiſc. Conſtantinop. Paſchalis in ep. ad Epiſc. Panormit. Innocent. III. in ep. ad Imp. Conſtantinop. lib. 1. ep. decret. ep. ad Patriarcham Antiochenum, & lib. 2. ep. ad Patriarcham Conſtantinop. Martinus V. ep. ad Angelum Diaconum Cardinalem. Eugenius IV. Inuectiua ad Conc. Baſilienſe. Irenæus lib. 3. c. 3. S.Athan. in Apolog. 2. in ep. ad Felicem II. Papam, in lib. de ſententia Dionyſij Epiſc. Alexand. & in ep. ad Marcum Papam. S.Epiphan. hæreſi 68. S.Baſilius ep. 52. ad Athanaſium, & in ep. data Sabino Diacono ad Pontificem Roman. Nazian. in carm. de vita ſua, orat. 23. & 52. quæ eſt ep. 2. ad Cledonium. Chryſoſt. in ep. 1. & 2. ad Innoc. Papam. S.Cyrill. Alex. epiſt. 10. ad Neſtorium, ep. 11. ad Clerum, & Populum Conſtantinop. & ep. 18. ad Cæleſtinum. Theodor. in ep. ad Leonem Papam, & in ep. ad Renatum Presbyterum Romanum. Socrates lib. 2. Eccleſ. Hiſtor. c. 5. & 11. lib. 4. c. 30. & lib. 5. c. 8. Sozomenus lib. 3. c. 7. & 9. & lib. 6. c. 22. Tertull. de Præſcript. adu. hæreticos c. 36. & lib. de Pudicitia c. 1. S.Cyprian. lib. de vnitate Eccleſiæ, lib. 1. ep. 3. ad Cornelium, lib. 2. ep. 10. ad eund. Cornelium, lib. 1. ep. 8. ad Plebem vniuerſam, lib. 4. ep. 2. & 8. & lib. 3. ep. 1. ad Stephanum Papam. Optatus Mileuit. lib. 2. adu. Parmenianum. Prudentius de S. Hippolito. S.Ambr. in c. 3. 1. ad Timot. lib. 3. de ſacram. c. 1. ep. 78. ad Theophilum Alexand. & ep. 81. ad Syricium. S.Hieron. in ep. ad Damaſum de nomine hypoſtaſis, ep. 8. ad Demetriadem c. 9. ep. 16. ad Principiam c. 3. S.Aug. ep. 92. ad Innocentium, ep. 157. ad Optatum, ep. 106. 162. & 165. lib. 1. ad Bonifacium c. 1. lib. 1. contra Iulianum Pelagianum c. 4. & lib. 2. cont. Pelagium, & Cæleſtium c. 7. S.Proſper in lib. de Ingratis c. 2. & lib. 2. de vocat. gentium c. 16. in Chronicis, & cont. Collatorem cap. 41. S. Maximus Taurinenſis hom. 2. de Natali S.Laurentij. Vincentius Lyrinenſis contra hæ-

ᵭo edoᵭa, & ab ipſius Chriſti ore [a] didicit; ac credidit ſemper.

Non eſt igitur Chriſtus ſolus Eccleſiæ caput.

Reſpondetur. ſolus [b] Chriſtus Dominus qui eſt Homo Deus, Eccleſiæ caput eſt, ſupremam habens dignitatem, poteſtatem, atque auᵭoritatem ita, vt ſit principium influendi in Homines interius gratiam, virtutes, & dona.

Et hoc modo non eſt Romanus [c] Pontifex Eccleſiæ caput.

Nam nec auᵭor gratiæ eſt, nec auᵭori gratiæ hypoſtaticè vnitus, ſicut eſt Chriſti Domini humanitas.

Verum caput eſt totius Eccleſiæ Romanus Pontifex, Chriſti [d] vices in terris agens tanquam verbi Dei interpres, qui non interius illuminando, ſed exterius proponendo, atque docendo, in fide ac moribus Homines inſtruit, & aberrantes a Fide, aut moribus oues, vti bonus [e] Paſtor ad veræ Fidei, ac morum paſcua reducit in funiculis [f] Adæ, & in vinculis caritatis; vel etiam virga, & baculo corripit, prout magis expedire iudicat penſatis perſonarum, temporum, & locorum, ac cæteris quæ circumſtant aᵭum accidentibus.

Non enim nudum habet docendi miniſterium; verum in totã Eccleſiam iuriſdiᵭionem non minorem quam habeant ſinguli Epiſcopi in proprijs Diœceſibus, ſed & maiorem; cum hæc

reſes cap. 42.
Petrus Chryſol. ep. ad Eutychem, & ſer. 175.
Caſsiod. lib. 11. ep. 2. ad Ioannem Papam.
Viᵭor Vticẽſis lib. 2. de Perſec. Vandalica.
S. Fulgent. de Incarn. & gratia Chriſti c. 11.
Beda lib. 2. hiſtor. Regis Anglorum cap. 1. lib. 3. cap. 25. & 29. & hom. in natali Benediᵭi.
Iſidor. Hiſpalen. præfat. in opus Concil.
S. Anſel. lib. de Incar. Verbi c. 1. ad c. 1. ad Rom. & præfat. in ep. ad Romanos.
S. Bernard. lib. 3. de conſiderat. ad Eugen. c. 8. ep. 125. 131. 183. 190. & 237. & ſerm. de priuil. Ioan. Bapt.
Magiſt. in 4. diſt. 24.
S. Tho. 2. 2. q. 38. ar. 1. 3. p. q. 8. ar. 6.
S. Bonau. p. 6. Breuiloquij cap. 12.
Bellarm. tom. 1. controu. lib. 2. de Rom. Pontifice cap. 12. & ſeqq.

[a] Matth. 10. & 16. Marci 16. Lucæ 22. Ioan. 1. 13. 20. & 21. Aᵭ. 2. 3. 5. & 15. Ad Galat. 1.

[b] 2. Cor. 2. & 5. S. Tho. 3. p. q. 8. ar. 6.

[c] S. Thom. 3. p. q. 8. art. 6.

[d] S. Tho. 2. 2. q. 39. ar. 1. & 3. p. q. 8. ar. 6.

[e] Ioan. 10.

[f] Oſeæ 11.

hæc a Deo in Epiſcopos Romano Pontifici ſubordinata deriuet, qui ſunt particularium Eccleſiarum [a] Paſtores, atque Rectores, qui tanquam capita, & Principes præſunt cæteris, ea quæ ſunt ordinis, iuriſdictionis, atque doctrinæ liberè, & independenter a laica poteſtate, exercentes.

Eſt enim in Eccleſiaſtica Hierarchia hic ordo, vt qui vni particulari præſunt Eccleſiæ, ei ſubſint qui vniuerſalis eſt Eccleſiæ caput; non autem ijs qui ſubſunt paſtorali curæ; atque regimini ſacerdotum.

CA-

[a] Ad Titum c. 1. Conc. Nicænũ can. 4. Concil. Ancyranum can. 13. Conc. Antiochenum can. 9. Conc. Sardic. can. 6. Conc. Trullen. can. 20. Syn. Nicæna 2. can. 3. Synodus Conſtantin. ſub Photio can. 17. Conc. Tolet. 1. c. 20. Conc. Aruernēſe c. 2. Conc. Aurelianēſe 3. cap. 15. Conc. Hiſpalenſe c. 5. 6. & 7. Conc. Tolet. 8. cap. 4. & 7. Concil. Cabilionenſe cap. 4. & 10. Conc. Arelat. 4. c. 24. Conc. Trid. ſeſs. 23. cap. 4. & can. 7. Anacletus ep. 2. & 3. Euariſtus ep. 2. Vrbanus I. ep. 1. c. 4. Anterus epiſt. de mutat. Epiſcoporum. Lucius I. ep. ad Galliæ Epiſcopos. Sixtus II. ep. 2. cap. 3. Euſebius ep. 3. Iulius I. ep. ad Orientales Epiſcopos. Damaſus ep. 4. de Chorepiſcopis. Innocentius I. ad Decentium Eugubinum c. 3. Zoſimus epiſt. 1. Cæleſtinus ep. 1. cap. 3. Leo I. ep. 84. ad Anaſtaſium Theſſalon. c. 11. Gelaſius ep. ad Epiſcopos per Lucaniam, Brutios, & Siciliam conſtitutos cap. 8. Hormiſda cap. Nullus Presbyter, de Conſecrat. diſt. 1. Gregor. Mag. lib. 3. ep. 9. & lib. 12. ep. 32. Gregor. II. ep. 3. ad vniuerſum Clerum, & plebem Thuringiæ. Gregor. III. ep. ad Populum Prouinciarum Germaniæ &c. & ep. 5. ad Bonifacium. Nicolaus I. ep. 42. Gregor. VII. ep. ad Cyriacum Epiſcopum. S. Ignatius ep. ad Smyrnenſes, ep. ad Heronem Diaconum, & ep. ad Trallianos. Clemens Alexand. lib. 6. Stromatum. Euſeb. Cæſar. lib. 6. Eccleſ. Hiſt. cap. 35. S. Athan. in epiſt. ad vbique Orthodoxos &c. S. Baſil. ep. 30. Nazian. orat. 20. quæ eſt in laudem Baſilij Magni. S. Epiphanius hæreſi 75. contra Arianos. S. Chryſoſt. lib. 6. de Sacerdotio. Iſidorus Peluſiota lib. 1. ep. 149. & lib. 2. ep. 125. Sozomenus lib. 2. Hiſt. cap. 32. & lib. 6. cap. 7. Socrates lib. 7. cap. 39. & 40. Theodoretus lib. 4. Eccleſ. Hiſt. cap. 5. & 6. & lib. 5. cap. 27. S. Martialis in ep. ad Tholoſanos c. 8. Tertull. de Baptiſmo c. 17. S. Cypr. ep. 27. & 54. & de vnitate Eccl. cath. S. Ambroſ. de Sacerdotali dignit. c. 5. S. Hieron. ep. 48. ad Sabinianum Diaconum c. 5. S. Auguſt. ad Pſal. 44. & de hæreſibus cap. 53. Iſidorus de Eccleſ. officijs lib. 2. cap. 5. & lib. 7. Originum cap. 12. Beda lib. 4. Hiſt. Anglicanæ cap. 2. Petrus Cluniacenſis lib. 6. epiſt. 1. S. Thom. 2. 2. q. 84. art. 6. & 3. p. q. 8. art. 6. S. Bonau. in 4. diſt. 25. q. 1.

CAPVT VII.

De ſcientia Chriſti.

IN Chriſto Domino in quo ſimul duæ naturæ [a] cum perfecta diſtinctione abſque confuſione in vnitate perſonæ reperiuntur, neceſſe eſt eas inexiſtere perfectiones quæ vtramque decent, & indicant naturam, humanam ſcilicet, & diuinam.

Quod vt intelligatur magis;

QVÆ-

[a] Matth. 26. & 28. Marci 16. Lucæ 2. & 24. Ioan. 1. 6. & 11. 1. Petri 4. Conc. Epheſ. per totum. Conc. Chalcedonenſe per totum. S. Ignatius in ep. ad Epheſ. S. Dionyſ. cap. 1. de diu. nom. & in ep. ad Caium. Iuſtinus Martyr in expoſit. Fid. de recta confeſs. Irenæus lib. 3. c. 18. & 20. Origen. tract. 33. in Matth. S. Hippol. Epiſcopus Portuenſ. ad Pſal. 2. Greg. Neoceſar. orat. in Epiphaniam. S. Ambroſ. lib. 2. in cap. 2. Lucæ, lib. 1. de Fid. cap. 6. & lib. 1. de Incarnat. Domin. ſacram. cap. 6. S. Damaſus in profeſs. Fid. ad Paulinum Theſſalon. Epiſcopum. S. Hieron. ad cap. 3. ad Galat. ad cap. 2. ad Titum, & ep. 150. ad Hedibiam q. 9. S. Auguſt. tract. 1. in Ioan. in Enchir. ad Laurentium cap. 35. epiſt. 57. ad Dardanum q. 1. & ſerm. 191. de temp. Vincentius Lyrinen. adu. hæreſes cap. 19. & ſeqq. S. Maximus Taurinenſis hom. 1. de Epiphania Domini. Petrus Chryſol. ſerm. 63. S. Leo Mag. ſerm. 1. & ſeqq. de Natiu. Domini, & epiſt. 10. ad Flauianum. Cæſarius Arelat. hom. 5. de Paſcha. S. Fulgentius lib. 1. ad Traſimundum cap. 7. & 20. & lib. 3. cap. 9. Boetius lib. de duabus in Chriſto naturis, & vna perſona. Caſſiod. ad Pſal. 2. 3. & 8. S. Greg. hom. 25. in Euang. & lib. 1. in cap. 1. lib. 1. Regum. S. Damaſc. lib. 3. orthod. Fid. cap. 1. & ſeqq. S. Anſel. lib. 2. cur Deus Homo c. 18. & ad cap. 15. epiſt. 1. ad Corint. S. Bernar. ſerm. 2. de Natali Domini. Magiſt. in 3. diſt. 1. & ſeqq. S. Tho. 3. p. q. 2. art. 1. & ſeqq. q. 3. art. 7. & q. 9. art. 1.

QVÆRITVR PRIMO.

Vtrum Chriſtus habuerit aliquam ſcientiam præter diuinam.

RESpondetur dicendum. In Chriſto fuit alia ſcientia [a] præter diuinam.

Probatur. In Chriſto Domino fuerunt diſtinctæ naturæ, humana nempè, atque diuina.

Vtraque igitur natura ſuas perfectiones habere debuit.

Sed ſcientia eſt naturæ humanæ perfectio.

Ergò in Chriſti anima qua ratione intelligens eſt, ſcientia exiſtere debuit, quæ non poteſt eſſe ſcientia illa qua Deus intelligit, ac comprehendit ſe ipſum, & quæcunque quomodolibet rationem entis participant: nam hæc ſcientia Deus [b] eſt, qui nullius rei creatæ forma, ſeu actus eſſe poteſt.

Neceſ-

[a] Iſa. 11. & 52. Lucæ 2. Ioan. 7. 8. 13. & 17. Ad Coloſs. 1. & 2. Sexta Synodus general. act. 8. & 11. Agatho Papa in epiſt. Synod. quæ habetur in 6. Synod. act. 4. S. Cypr. in lib. de Cardinalibus Chriſti operibus cap. de Natiuit. Chriſti. S. Athan. ſerm. 4. contra Arianos. S. Ambr. lib. 2. in c. 2. Lucæ, lib. de Incarn. Domin. ſacram. c. 7. circa medium, lib. 2. de Fid. c. 4. & lib. 5. cap. 8. S. Hieron. in c. 11. Iſa. & in c. 31. Ierem. S. Aug. in lib. de duabus Animabus contra Manicheos cap. 10. in lib. 2. de pecc. merit. c. 29. in cap. 1. Ioan. lib. 15. de Trin. c. 26. & lib. 83. qq. q. 80. S. Cyrill. Alex. lib. 10. Theſau. c. 7. & lib. 1. in Ioan. c. 17. S. Leo in ep. 10. ad Flauianũ, & ep. 97. ad Leonem Auguſtum. Sophronius in epiſt. quæ refertur in 6. Synod. gener. act. 11. S. Gregor. lib. 8. ep. 42. Beda in hom. Dominicæ 1. poſt Epiphan. S. Damaſc. lib. 3. orthod. Fid. c. 13. 14. & 15. S. Anſel. lib. 2. cur Deus Homo cap. 13. S. Bernar. hom. 2. ſuper Miſſus eſt. Magiſt. in 3. diſt. 14. S. Tho. 3. p. q. 9. per totam, & q. 10. 11. & 12. S. Bonau. in 3. diſt. 13. & 14. Scot. in 3. diſt. 13. & 14. Bellarm. tom. 1. controu. lib. 4. de Anima Chriſti cap. 1. & ſeqq.

[b] Eſther 14. Iob 21. & 28. Pſal. 118. Eccleſ. 23. & 42. Ad Rom. 11. Ad Coloſ. 2. Ad Hebr. 4. 1. Ioan. 3. Ariſt. lib. 12. Met. tex. 39. Nazian. in Apolog. orat. 1. & Iambico 15. de Definit. Nyſſ. diſp. de Anima, & Reſur. S. Hieron. cap. 2. in Eccleſiaſten. S. Aug lib. 7. de Trinit. c. 7. lib. 15. c. 14. & lib. 6. de Gen. ad litteram c. 20. & ſeqq. Boetius lib. 3. de conſol. metro 9. S. Tho. p. 1. q. 14. ar. 1. & ſeqq. & 3. p. q. 9. ar. 1. ad 1.

Neceſſe eſt igitur in anima Chriſti aliam fuiſſe a ſcientia diuina cognitionem, ſeu ſcientiam qua intelligeret quæcunque eius intellectui creato nota fuerunt; vt patet ex ijs quæ ſupra de gratia, virtutibus, ac Chriſti Domini animæ donis diximus, & ex ijs quæ infra dicentur innoteſcet magis.

QVAERITVR II.

Vtrum in Chriſti anima fuerit viſio beata.

INtelligentem Chriſti Domini animam non intelligere formaliter ſcientia Verbi quæ Deus eſt, cum declaratum ſit ſupra;

Quæſito reſpondetur, dicendum. Fuit in Chriſti anima eſſentiæ diuinæ viſio [a] intuitiua quæ comprehenſorum eſt, & beatorum propria:

Probatur. In Chriſti anima, in quo inhabitat

[a] Pſal. 21. ex Euſeb. lib. 10. de demonſtr. Euang. cap. vlt.
Pſal. 40. ex Ioan. 13.
Pſal. 64. ex Auguſt. in eundem locum.
Ioan. 1. 3. 6. 8. 12. 14. & 17.
Ad Coloſſ. 1. & 2.
Conc. Epheſ. p. 1. c. 5.
Concil. Baſilienſe ſeſſ. 22.
S. Hilar. lib. 9. de Trin.
S. Athan. orat. 4. contra Arianos, & in lib. de ſalutari Chriſti aduentu, & de humanitate Verbi.
S. Baſil. lib. 4. contra Eunom.
Nazian. orat. 4. de Theologia.
S. Ambr. lib. 7. ep. 47. ad Irenæum, & lib. 5. de Fid. cap. 8.
S. Hieron. in c. 7. Iſa. & in c. 31. Ierem.
S. Chryſoſt. hom. 14. in Marcum, & hom. 14. in Ioan.
S. Aug. tract. 3. in Io. lib. 83. qq q. 65. lib. 4. de conſenſu Euangel. cap. vlt. & lib. 15. de Trinit. c. 14.
S. Cyrill. Alex. lib. 1. in Ioan. c. 17. 20. & 22. & lib. 2. de recta Fide ad Reginas cap. Quod Ieſus gloriam acceperit &c. S. Leo in ſerm. de Transfigur. Domini, & epiſt. 97. ad Leonem Auguſtum. S. Fulgent. in reſp. 3. ad Ferrandum Diaconum. Caſſiodor. ad Pſal. 9. S. Gregor. lib. 8. epiſt. 42. ad Eulogium Patriarcham Alexandrinum. Beda in illud Lucæ 2. Et Ieſus proficiebat &c. & ad cap. 13. Marci. Damaſc. lib. 3. de Fid. c. 21. & 22. & in ſerm. de Transfigur. Domini. S. Bernard. hom. 4. ſuper Miſſus eſt, & tract. de duodecim gradibus humilitatis, & ſuperbiæ. Magiſt. in 3. diſt. 14. & 26. S. Tho. 3. p. q. 9. art. 2. q. 10. per totam, q. 15. art. 10. & q. 34. art. 4. S. Bonau. in 3. diſt. 14. & diſt. 26. dub. 5. Scotus in 3. diſt. 12. & 14. Bellarm. tom. 1. controu. lib. 4. de Anima Chriſti cap. 3. & 4.

bitat [a] omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, ea omnis eſt ponenda perfectio, ſecundum quam vltimo fini perfectius coniungatur tanquam caput cæterorum qui eius membra ſunt.

At Angeli, & beatorum animæ ſunt per viſionem beatam Deo coniunctæ.

Decens igitur fuit in Chriſti quoque anima (vti Concilia docent & Patres) viſionem fuiſſe beatam, ſecundum quam vltimo fini, & primo principio perfectè coniungeretur.

Neque id vna hypoſtatica vnio præſtare poterat.

Nam per eam humana natura ita fuit Verbo coniuncta, vt nō intelligeret ſcientia Verbi.

Si ergò beata eſt Chriſti Domini anima, & fuit; id habuit à viſione [b] beata, & amore qui eam neceſſariò ſequitur.

Quæ, licet per aſſumptionem beata [c] eſſe dici poſsit;

Non eſt ex eo quod ipſa aſſumptio formaliter animam ipſam, vel Hominem beatum faciat; ſed quia per eam in eo gradu, ſtatu, atque dignitate ponitur Homo, vt illi viſio debeatur beata, ſecundum quam clarè, & intuitiuè videns Deum, eſt formaliter propria operatione beatus.

[a] Ad Coloſſ. 1. & 2. Concil. Epheſ. 3. p. cap. 13. Synodus 1. Antiochena in ep. ad Paulum Samoſatenum antequam deponeretur. S. Hieron. in c. 11. Iſa. S. Aug. ep. 57. ad Dardanum. S. Leo ep. 93. ad Turribium c. 12. S. Greg. lib. 1. in c. 2. lib. 1. Regum. Magiſt. in 3. diſt. 13. S. Tho. 3. p. q. 9. ar. 2. in 1. arg. & ad 1.

[b] Ioan. 17. S. Tho. 3. p. q. 9. ar. 2.

[c] Pſal. 64. ex S. Aug. in eund. locum. S. Tho. 3. p. q. 9. ar. 2. in 2. arg. & ad 2.

QVÆ-

QVÆRITVR III.

Vtrum Animæ Chriſti beata viſio fuerit comprehenſiua Dei.

RESpondetur dicendum. Animæ Chriſti beata viſio non eſt comprehenſiua [a] Dei.

Probatur. Ea eſt Dei viſio cõprehenſiua, ſecundũ quam Deus videtur ita, vt non poſsit perfectiori modo videri, & quæ tantam in cognoſcendo habet perfectionem, quanta eſt in Deo qui cognoſcitur intelligenda perfectio ſecundum omnem modum, quo eſt aptus cognoſci Deus non ſolum totus, ſed etiam totaliter.

Infinita igitur eſſe debet quæ eſt Dei comprehenſiua, & adæquata cognitio, quod Dei

T 2 tantum

[a] Iob 11. Pſal. 38. & 91. Pſal. 103. & 119. ex Nazian. orat. 1. & Elia Cretenſi ſuper eadem orat. & Pſal. 118. Eccleſ. 43. Iſa. 40. Ierem. 32. Ad Rom. 11. 1. Cor. 2. & 13. 1. Timot. 6. Conc. Later. ſub Innocent. III. cap. Firm. de ſum. Trinit. & Fid. cathol. Concilium Baſilienſe ſeſſ. 22. Concil. Hiſpalenſe 2. cap. 13. S. Dionyſ. de diu. nomin. c. 2. & 9. Irenæus lib. 4. contra hæreſes c. 36. Tertullian. in Apolog. aduægen. c. 17. S. Athan. q. 1. ad Antioch. S. Hilar. lib. 2. de Trin. circa principium, & lib. 10. ſub finem. S. Baſil. lib. 1. contra Eunom. & hom. in illa verba, In principio erat Verbum &c. Cyrill. Hieroſol. catecheſi 6. Epiphan. lib. 3. contra hæreſes hæreſi 70. & 76. Nazianz. orat. 1. 40. & 49. Nyſsen. orat. 1. in ea verba, Faciamus Hominem &c. S. Ambroſ lib. 1. in Lucam, tractans illud Ioan. 1. Deum nemo vidit vnquam &c. lib. 10. c. 12. & de Fide contra Arianos c. 6. S. Hieron. in c. 32. Ierem. S. Aug. lib. 83. qq. q. 14. ep. 3. ad Voluſianum, epiſt. 112. c. 8. & 9. ſerm. 190. de temp. ſerm. 38. de verbis Domini, & lib. de cognit. veræ vitæ c. 31. S. Chryſoſt. enar. in c. 6. Iſa. S. Cyrill. Alex. lib. 11. Theſau. c. 1. & lib. 12. cap. 4. & lib. 9. de adorat. in ſpiritu. Theodor. in Pſal. 103. & ſerm. 2. de Prouidentia. Elias Cretenſis ſuper orat. 34. & 36. Gregorij Nazian. Petrus Chryſol. ſerm. 61. S. Proſper Epigram. 60. Caſsiodor. ad Pſal. 118. S. Fulgent. in lib. de Fide ad Petrum Diaconum c. 3. S. Gregor. lib. 10. Moral. c. 10. & lib. 18. c. 28. Iſidor. lib. 7. Ethimol. c. 1. Beda in c. 3. ep. 1. Ioan. Damaſc. lib. 1. orthod. Fid. c. 1. & 4. & lib. 3. c. 3. & 4. S. Anſel. in c. 17. Matth. & in primam ad Timot. 2. Magiſt. in 3. diſt. 14. S. Tho. p. 1. q. 12. ar. 7. & 3. p. q. 10. ar. 1. & 2. S. Bonau. in 3. diſt. 14. ar. 1. q. 2. & p. 1. Breuiloquij cap. 8. Scotus in 3. diſt. 14. q. 1. & in 4. diſt. 49. q. 3.

tantum conuenit cognitioni [a], quæ non eſt ab eius ſubſtantia re [b], ſed ratione tantum diſtincta.

Igitur non eſt animæ Chriſti Domini comprehendens Deum ſcientia.

OBICIES.

Ideo Chriſti Domini animæ beata viſio non eſt Dei comprehenſiua cognitio; quia infinita in Verbo cognoſceret; & ita argueretur eſſe infinita.

Verum ex S.Thoma [c], & communi Theologorum [d] Schola, Chriſti Domini humanus intellectus in Deo, ſeu Verbo cognoſcit quæcunque per æternitatem totam quæ non habet finem, ſunt habitura exiſtentiam.

Sed hæc ſunt infinita.

Poſſunt igitur ab intellectu creato infinita cognoſci in Verbo; & ratio aſſignari debet

cur

[a] S.Tho. 3. p. q. 10. ar. 2. ad 2. & q. 13. ar. 1. ad 2.

[b] S. Aug. lib. 15. de Trinit. c. 14.

[c] 3. p. q. 10. ar. 2. & 3. & q. 13. ar. 1. ad 2.

[d] Magiſt. in 3. diſt. 14. Scot. in 3. diſt. 14. q. 2. 3. & 4. Bellarm. tom. 1. controu. lib. 4. de Anima Chriſti c. 1. & ſeqq.

[e] Pſal. 44. Iſa. 11. Ioan. 1. 3. 6. 16. 18. & 21. Ad Coloſſ. 1. & 2. Iuſtinus Martyr q. 58. ad Orthodoxos. Clemens Alex. in lib. Pedag. c. 6. in princ. S. Hilar. lib. 9. de Trin. S. Athan. ſerm. 4. contra Arianos. S. Baſil. in ep. ad Amphilochium, & lib. 4. contra Eunom. non longe a fine. Nazianz. orat. 20. & 36. quæ eſt 4. de Theologia. S. Ambroſ. lib. 5. de Fide c. 7. & 8. S. Hieron. ad c. 11. Iſa. ad c. 31. Ierem. & ad c. 24. Matth. Euſebius S. Hieronymi diſcipulus in ep. ad Damaſum de eius morte, quæ habetur tom. 9. operum eiuſdem S. Hieron. Chryſoſt. hom. 5. in cap. 2. ad Coloſſ. & hom. 68 in c. 24. Matth. S. Aug. lib. 2. de peccatorum meritis c. 29. S. Cyrill. Alex. anathematiſmo 4. adu. Theodoretum, & lib. 1. in Ioan. c. 17. Iſidorus Peluſiota lib. 1. ep. 117. Victor Antiochenus ad c. 13. Marci, tom. 4. mag. Bibliot. vet. Patrum. S. Proſper de Promiſsionibus, & Prædictionibus p. 2. c. 31. S. Fulgent. in lib. ad Ferrandum Diaconum in reſp. ad 3. q. Sophronius in ep. Synodica, quæ habetur in 6. Synodo act. 11. Caſsiod. ad Pſal. 9. S. Gregor. Mag. lib. 8. ep. 42. ad Eulogium Patriarcham Alexandrinum. Iulianus Epiſcopus Toletanus lib. 3. Prognoſt. cap. 1. tom. 7. mag. Bibliot. vet. Patrum. Beda hom. in Euang. Dominicæ 1. poſt Epiphan. & ad c. 13. Marci. S. Damaſc. lib. 3. orthod. Fid. cap. 21. & 22. Nicetas lib. 3. theſau. Fid. orth. cap. 38. num. 5. S. Anſel. lib. 2. cur Deus homo c. 13. S. Bernar. hom. 2. ſuper Miſſus eſt, & tractatu de duodecim gradibus humilitatis, & ſuperbiæ.

[f] S.Tho. 3. p. q. 10. ar. 3. Scot. in 3. diſt. 14. q. 2.

cur potius humanus Chriſti intellectus infinita cognoſcat quæ ſunt exiſtentiam [a] habitura, quàm infinita quæ poteſt facere, ſed non efficiet Deus.

Reſpondetur: Res quæ exiſtunt aut extiterunt, aut exiſtent, vel finitum perfectionis gradum ſpecificum habent, quo comprehenſo, etiam omnia indiuidua ſub illo contenta cognoſci poſſunt: vel ſunt effectus aliquarum cauſarum quę determinatum perfectionis gradum habent; quibus comprehenſis, cognoſci in ijs poſſunt qui ab ipſis ſunt effectus dependentes.

Verum quæ fieri poſſunt a Deo nullum certum gradum perfectionis habent; & Dei virtus infinita [b] cum ſit, nec comprehendi [c] poſſit; eius omnes effectus [d] in ipſa cognoſci non poterunt ab intellectu creato.

QVÆ-

[a] S. Tho. 3. p. q. 10. ar. 2. ad 2. & 3. & q. 13. ar. 1. ad 2. Scotus in 3. diſt. 14. q. 2. §. Diſtinguitur ergo.

[b] Pſal. 38. & 144. Iſaiæ 40. Baruch 3. Ad Rom. 11. Concil. Tolet. 6. in confeſſ. Fidei. S. Hippolytus Martyr de Theologia, & Incarnat. contra Beronem, & Helicen hæreticos c. 1. tom. 3. mag. Bibliot. veterum Patrum. S. Hilar. lib. 2. de Trinit. & enar. in Pſ. 118. S. Baſil. hom. ad illa verba, In principio erat Verbum &c. Nazian. orat. 49. Marcus Victor. Afer lib. 2. adu. Arium tom. 4. mag. Bibliot. vet. Patrum. Theodor. ſerm. 2. de Prouidentia. Caſsiod. de Amicitia cap. de origine Amicitiæ. S. Gregor. lib. 2. in Iob cap. 7. Iſidor. de Vniuerſitatis diſpoſit. c. 1. S. Damaſc. lib. 1. de Fid. orthod. c. 1. 2. & 4. S. Fulgent. lib. de Fide ad Petrum c. 31. & lib. 2. ad Monimum c. 7. S. Bernar. ſerm. 6. ſuper Cant.

[c] Iob 11. Eſdræ 4. c. 8. Ierem. 32. Ad Rom. 11. 1. Timot. 6. Conc. Later. ſub Innoc. III. cap. Firm. & cap. Dam. de ſum. Trinit. & Fid. cath. S. Dionyſ. c. 9. de diu. nom. Nazian. orat. 34. & 36. Chryſ. in c. 6. Iſa. S. Auguſt. ep. 112. c. 8. lib. 12. de Ciu. Dei c. 18. & lib. 83. qq. q. 14. S. Gregor. Mag. lib. 10. Moral. c. 10. S. Anſelm. in Monologio cap. 35. & in Proſol. cap. 18. S. Bonau. in 3. diſt. 14. ar. 1. q. 2. Scot. in 3. diſt. 14. q. 1. & 2.

[d] S. Tho. 3. p. q. 10. ar. 2. ad 2. & q. 13. ar. 1. ad 2.

QVAERITVR IV.

Vtrum in Chriſti Domini humano intellectu ſcientia infuſa fuerit.

SCientiæ infuſæ nomine[a] intelligimus earum rerum, ſeu myſteriorum cognitionem, ad quæ intelligenda, infundit ſpecies Deus.

Quæſito reſpondetur, dicendum. In humano Chriſti Domini intellectu creato ſcientia fuit infuſa[b].

Probatur. Ea omnis in anima Chriſti Domini videtur ponenda perfectio, quæ hominum, & Angelorum caput decet.

Sed in Chriſti Domini intellectu ſcientiam fuiſſe infuſam ſi dicamus, in eo intellectu eam perfectionem ponimus quæ ipſum decet; in quo dona, gratiam, & viſionem beatam ideo ponenda diximus, ne aliqua ei deeſſet perfectio cuius eſſet capax.

Eſt igitur in Chriſti Domini humano intellectu infuſa ſcientia.

Nec

[a] S. Aug. lib. 2. ſuper Gen. ad litteram c. 8. lib. 4. c. 23. & 24. & lib. 11. de Ciuit. Dei cap. 7. S. Tho. p. 1. q. 55. ar. 2. & q. 56. ar. 2. & 3. p. q. 9. ar. 3. S. Bonau. in 3. diſt. 14. ar. 3. q. 1. Scot. in 2. diſt. 3. q. 10. & in 3. diſt. 14. q. 3. Nos ſupra tract. 3. de Angelis c. 4. quæſ. 4.

[b] Pſal. 39. Iſa. 7. & 11. Lucæ 2. Ioan. 7. Ad Coloſ. 1. & 2. Ad Hebr. 10. S. Athan. orat. 4. contra Arianos. S. Baſil. lib. 4. contra Eunom. Nazian. orat. 4. de Theologia. S. Ambroſ. in cap. 17. Lucæ, & lib. 5. de Fid. cap. 8. S. Hieron. in cap. 7. & 11. Iſa. & in c. 24. Matth. Chryſ. in c. 24. Matth. S. Aug. lib. 1. de Geneſi contra Manich. cap. 22. & lib. 1. de Trinit. cap. 12. Cyrill. Alex. lib. 9. Theſau. cap. 4. S. Fulgent. in reſp. 3. ad Ferrandum Diaconum. S. Gregor. lib. 4. ep. 42. ad Eulogium. S. Anſelm. lib. 2. cur Deus Homo cap. 13. Magiſt. in 3. diſt. 13. & 14. S. Tho. 3. p. q. 9. ar. 3. & q. 11. per totam. S. Bonau. in 3. diſt. 14. ar. 3. q. 1. Scot. in 3. diſt. 14. Bellarm. tom. 1. controu. lib. 4. de Anima Chriſti cap. 1. 2. 3. 4. & 5.

Nec obſtat, quod ea quæ ad eius ſtatum pertinent & increata ſcientia qua ratione Deus, & viſione beata qua ratione Homo, cognoſcat.

Nam quæ viſione beata ab anima Chriſti cognoſcuntur in Verbo, quæ dicitur matutina [a] viſio, illa eadem ab eiuſdem Chriſti Domini Anima cognoſci poſſunt per proprias ſpecies, quæ viſio dicitur veſpertina [a]; in qua licet non ſit euidentia tanta quanta eſt in viſione beata; tanta eſt tamen in illa & euidentia; & claritudo, vt ſimul poſſit eſſe cum viſione beata.

Res enim quæ extra Deum exiſtunt, non ſolum in Verbo, ſed & in ſe ipſis per proprias ſpecies clarè & euidenter cognoſci [b] poſſunt.

[a] S. Aug. lib. 11. de Ciu. Dei c. 7. & lib. 4. ſup. Gen. ad litteram c. 23. & 24. S. Tho. 3. p. q. 9. ar. 3. S. Bonau. in 3. diſt. 14. ar. 3. q. 1. Scot. in 3. diſt. 14. q. 3.

[b] Scot. in 3. diſt 14. q. 3. §. Ad quæſtionem.

QVAERITVR V.

An in Chriſti Domini Anima fuerit acquiſita ſcientia.

Q Væſito reſpondetur, dicendum. In Chriſti Domini anima acquiſita [c] fuit ſcientia.

Probatur & explicatur, Nam in Chriſto Domino tam exteriores, quàm interiores ſenſus fuere per quos obuia illi ſeſe offerentia obiecta percipiebat.

Cum igitur in anima Chriſti fuerit etiam intel-

[c] Iſa. 8. Lucæ 1. Ad Hebr. 5. Conc. Epheſ. p. 1. c. 6. Origen. hom. 30. in Matth. S. Ambroſ. in lib. de Incarnat. Dominicæ ſacram. c. 7. S. Cyrill. Alex. in lib. 3. de recta Fid. ad Reginas c. 3. S. Fulgent. lib. 1. ad Traſimundum c. 7. S. Bernard. in lib. de gradibus humilitatis non longè a princip. S. Tho. 3. p. q. 9. ar. 4. & q. 12. per totam. S. Bonau. in 3. diſt. 14. ar. 3. q. 1. Scot. in 3 diſt. 14. q. 3. Bellarm. tom. 1. controu. lib. 4. de Anima Chriſti c. 1. & ſeqq.

intellectus agens, connaturale illi fuit vt intellectiles produceret ſpecies in eum qui eſt potentia intellectus; qui recipiens ſpecies, in ſe ipſo intelligendi actum produceret non ſolum ſingularium quæ ſenſus mouebant, ſed & vniuerſalium naturarum, quas a ſingularibus abſtrahens, vniuerſales facit: quarum cognitio ſcientia acquiſita [a] dicitur.

Fuit ergo in anima Chriſti Domini acquiſita ſcientia.

Quin etiam addo; cum Chriſtum Dominum ætate creuiſſe, ac ſcientia profeciſſe legamus [b]; non eſt cur de ipſo acquiſitam negemus ſcientiam, cui & vegetantis & ſentientis facultatis actus tribuimus, vt verum hominem non ſolum ſpecie, ſed etiam genere cum alijs conuenire cognoſcamus.

De ſcientia verò Chriſti qui plura cognoſcere voluerit, non ſolum apud antiquos Scriptores legere poterit, verum & apud Recentiores; inter quos Ioannes de Lugo è Societate Ieſu diligentem ei, ac doctam nouiſsimè offert Tractationem a diſp. 18. vſque ad 21. de Incarnatione Dominica.

[a] Ariſtot. lib. 3. de Anima tex. 1. & deinceps. S. Tho. 3. p. q. 9. ar. 4. & q. 12. ar. 1. & ſeqq. Scot. in 3. diſt. 14. q. 3. Nos ſupra tract. 4. de Opere ſex dierum c. 6. quæſ. 5.

[b] Lucæ 2. Origen. hom. 50. in Matth. S. Athan. ſerm. 4. contra Arianos. S. Epiphan. in Ancor. S. Ambroſ. lib. de Incarnat. Domin. ſacr. c. 7. & lib. 5. de Fide cap. 7. S. Hieron. ad cap. 31. Ierem. Cyrill. Alex. lib. 1. in Ioan. cap. 17. lib. 10. Theſau. c. 7. & lib. 2. de recta Fid. ad Reginas cap. 3. Theodor. in Epitome diuinorum Decretorum cap. Quod ſuſcepit animam cum corpore. Titus Boſtrenſis ad c. 2. Lucæ, tom. 4. mag. Bibliot. vet. Patrum. S. Fulgent. in lib. 1. ad Traſimundum c. 7. Beda in c. 2. Lucæ. Elias Cretēſis in orat. 51. Nazianzeni. Magiſt. in 3. diſt. 13. S. Tho. 3. p. q. 12. ar. 2. S. Bonau. in 3. diſt. 14. ar. 3. q. 2. Scot. in 3. diſt. 14. q. 3. Bellarm. tom. 1. controu. lib. 4. de Anima Chriſti cap. 5.

CAPVT VIII.

De Chriſti Domini animæ potentia.

INtelligentis ſeu rationalis naturæ ordo in operando is eſt, vt qui intellectus ſunt actus, voluntatis præcedant operationes, ad quas exequentis potentiæ ſubſequitur operatio: primò namque per intellectum operans agenda intelligit, & voluntati eo ordine ac diſpoſitione approbanda proponit qui decet intelligentem naturam iuxta præſcriptum rectæ rationis operantem; quod voluntas approbans, ſuis locis atque temporibus exequenti imperat potentiæ vt in actum exiens, aggrediatur & perficiat opus.

Quem ordinem naturæ vt ſequamur, quæ de voluntate prætermiſimus & infra agentur, huc transferri poterunt.

Ad ea igitur explicanda quæ de Chriſti Domini animæ potentia ſunt cognoſcenda,

QVAERITVR.

Vtrum in anima Chriſti omnipotentia ſimpliciter, & abſolutè fuiſſe verè dicatur.

QVæſito reſpondetur, dicendum. Simpliciter, & abſolutè non fuit in anima Chriſti omnipotétia[a], quæ eſt vis ſeu facultas efficiendi quæcunque & quomodolibet rationem entis participant.

Probatur. Nam vis efficiendi quæcunque non implicant contradictionem ſolius eſt actus puri per eſſentiam exiſtentis, qui poteſt omnia[b] facere, & nihil pati.

Verum

a Mag. in 3. diſt. 14. S. Tho. 3. p. q. 13. ar. 1. & ſeqq. S. Bonau. in 3. diſt. 14. ar. 3. q. 3.

b Gen. 1. 17. 18. 28. 35. 43. 48. & 49. Exodi 15. Num. 11. 2. Paralip. 14. 1. Reg. 14. Eſther 13. Iob 42. Pſal. 70. 105. 134. 135. 138. 144. & 148. Eccleſ. 18. Sap. 11. & 12. Iſa. 40. 50. & 59. Ierem. 23. & 32. 2. Machab. 1. & 8. Matth. 19. Marci 14. Lucæ 1. Ioan. 1. Rom. 9. Ad Epheſ. 3. Ad Philip. 3. Apoc. 1. & 16. Symbol. Apoſt. Symb. Eccleſiæ. Symb. Athanaſij. Conc. Nicænum, Conſtantinop. Epheſ. & Chalcedonenſe in Symbolo. Conc. Tolet. 6. in confeſs. Fidei. Conc. Later. cap. Firm. Catechiſmus Romanus in explicat. art. 1. Symb. Apoſt. S. Dionyſ. cap. 5. 8. & 10. de diu. nom. Tertull. de reſur. c. 11. de iudicio Domini c. 2. & adu. Prax. c. 10. Origen. lib. 1. de Principijs c. 2. S. Hippolytus Epiſc. Portuenſis de Theologia, & Incarn. contra Beronem, & Helicen hæreticos c. 1. tom. 3. mag. Bibliot. vet. Patrum. S. Cypr. ep. 81. de tribus Pueris Danielis 3. Lactan. de ira Dei c. 11. & 13. Euſeb. Cæſar. lib. 4. demonſtr. Euang. cap. 1. S. Hilar. in Pſal. 134. & lib. 12. de Trinit. S. Athan. lib. 1. ad Theophilum de vnita Deitate Trinitatis. Cyrill. Hieroſol. catecheſi 4. de Deo, & catecheſi 8. S. Baſil. c. 2. Conſtit. Monaſt. Nazian. orat. 36. quæ eſt 2. de Filio. Epiphan. in Ancorato, & hæreſi 77. S. Ambroſ. lib. 6. ep. 37. S. Hieron. ad c. 40. & 50. Iſa. Chryſ. hom. 34. ad c. 13. Gen. & hom. 2. in Symb. Apoſt. S. Aug. lib. 5. de Ciuit. Dei c. 10. lib. 21. c. 5. ep. 3. ad Voluſianum, lib. contra Felicianum c. 13. & ſerm. 119. de temp. Marius Victorinus Afer lib. 2. adu. Arium tom. 4. mag. Bibliot. vet. Patrum. Cyrill. Alex. lib. 11. in Ioan. c. 1. Chryſol. ſerm. 61. S. Leo ſerm. 2. & 7. de Natiu. Theodor. dialogo 3. lib. 4. de Materia, & mundo, & ad c. 3. ad Philip. S. Proſper Epigram. 45. S. Fulgent. lib. 1. ad Monimum c. 12. Boetius lib. 3. de conſol. proſa 12. & lib. 4. proſa 1. Caſsiodor. de Anima cap. 9. & de Amicitia cap. de origine Amicitiæ. S. Gregor. Ma-

Verum Chriſti Domini anima creata cum ſit, & eiuſdem rationis cum cæteris hominum animabus, non eſt actus purus per eſſentiam exiſtens.

Non eſt igitur ſimpliciter & abſolutè efficiendi principium eorum omnium, quæ aut fiunt, aut ſunt apta fieri.

Nec obſtat ſi dicas. Hic homo qui eſt Chriſtus ea omnia effecit quæ extiterunt, quæ exiſtent efficiet, & quæcunque de diuino eſſe participare poſſunt aptus eſt producere.

Nam hic homo qui eſt Chriſtus Dominus, qua ratione Deus poteſt efficere omnia; non autem quatenus homo[a].

gnus ad Pſal. 4. & 5. Pœnit. Iſidor. lib. 7. Ethimol. cap. 1. & lib. 1. de ſum. bono c. 2. Beda ad c. 1. Lucæ. Damaſc. lib. 1. orth. Fid. cap. 8. S. Anſelm. lib. 2. cur Deus homo c. 17. & in Proſol. cap. 7. S. Bernar. hom. 4. ſuper Miſſus eſt, & lib. 5. de conſid. c. 11. S. Tho. p. 1. q. 25. ar. 3. & 3. p. q. 13. art. 1. & 2. & q. 46. art. 1. in 1. arg. S. Bonau. p. 1. Breuil. cap. 7.

[a] S. Tho. 3. p. q. 13. ar. 1. ad 1. ar. 2. ad 1.

CAPVT IX.

De defectibus corporis aſſumptis à Filio Dei.

De Animæ Chriſti Domini gratia, virtutibus, donis, ſcientia, atque potentia actum eſt ſupra.

De corporis defectibus qui erant in aſſumpto corpore vt pœnas ſubire poſſet pro peccatis hominum ſatisfaciendo, conſequenter quærendum eſt; vulneratus namque propter iniquitates no-

 ſtras,

ſtras, & propter ſcelera noſtra attritus Iſaiæ 53. legitur.

Quæ veritas vt explicetur magis,

QVÆRITVR.

Vtrum Filius Dei in humana natura aſſumere debuerit corporis defectus.

NOn quærimus hìc vtrum corporis defectus aſſumpti fuerint ad ſubſiſtendum ſubſiſtentia Verbi, quemadmodum Chriſti Domini humanitas aſſumpta fuit a Verbo ad eiuſdem Verbi ſubſiſtẽtia ſubſiſtendum: accidentia [a] namque ſubſiſtere nequeunt.

Cum ergo quæritur, an ſint aſſumpti a Filio Dei corporis defectus, idem eſt ac ſi dicatur, an aſſumptum fuerit corpus habens defectus.

Reſpondetur dicendum. Verbum naturam aſſumpſit humanam corpus habens paſſionibus ſubiectum [b], quæ ſunt illius defectus.

Dum

[a] Ariſt. c. 5. Anteprędicamẽtorum in c. 1. de ſubſtantia, lib. 1. Topicorum c. 4. lib. 1. Phyſic. tex. 28. & lib. 7. Meth. c. 1. & ſeqq. Porphyrius in Introductione cap. 6. de Accidente. S. Tho. 3. p. q. 1 16. ar. 5. ad 3. q. 75. ar. 5. & q. 77. ar. 1. ad 2.

[b] Iſaiæ 53. Matth. 4. & 27. Lucæ 22. Ioan. 4. 1. Corint. 15. Ad Hebr. 2. & 12. 1. Petri 3. & 4. Conc. Epheſ. per tot. Conc. Chalcedonenſe act. 5. Quinta Synod. act. 8. Sexta Synod. act. 11. & 13. Conc. Later. ſub Martino I. conſult. 5. c. 2. S. Damaſus in ep. ad Paulinum de profeſs. ſuæ Fidei. Eutychianus Papa epiſt. 1. ad Epiſcopos Bæticæ. Leo Mag. epiſt. 11. & ſerm. 7. de Epiphan. S. Gregor. Mag. lib. 17. Moral. cap. 18. S. Ignatius in epiſt. ad Trallianos, & in ep. ad Smyrnenſes. S. Dionyſ. c. 2. de diu. nom. p. 1. Iuſtinus Martyr in expoſit. Fidei. Irenæus lib. 3. c. 32. & lib. 5. c. 1. Tertull. in lib. de carne Chriſti, in lib. contra Iudęos c. de clarit. gentium, & lib. 3. contra Marcionem. Origen. in lib. 1. de Principijs. S. Cypr. ep. 73. & de bono patientiæ. Alexander Epiſc. Alexand. in ep. ad Alexandrum Epiſc. Conſtantinop. S. Athan. orat. 4. contra Arianos. S. Hilar. lib. 10. de Trinit. S. Baſil. in Liturgia. Cyrill. Hieroſol. catecheſi 4. de generat. Filij, & catech. 13. Illuminatorum. Nyſſen. orat. 2. de Pauperibus amandis. S. Ambr. lib. 2. de Fid. cap. 4. & lib. de Incarn. Domin. ſacram. c. 6. & 7. S. Hieron. ep. 160. ad Principiam. Chryſ. hom. 18. in Matth. & hom. 24. in ep. 1. ad Cor. S. Theophilus Epiſc. Alexandr. ep. 1. & 2. Paſchali contra Origeniſtas tom. 4. mag. Bibliot. vet. Patrum. S. Aug. ep. 145. lib. 2. de peccatorum meritis, & remiſſ. c. 29. hæreſi 41. & de Fide contra Manichæos c. 26. Pro-

b Dum autem paſsiones corporis audis, ne eas intelligas corporis affectiones, quibus caro concupiſcit aduerſus ſpiritum; quia nullus fuit in carne Chriſti motus qui rationem præueniret [a], eamque ad illicita concupiſcendum alliceret.

c Verum eas intellige corporis affectiones ſecundum quas dici poterat pati quæ ſentienti corpori aduerſantur; vt quæ debitam qualitatum temperiem deſtruunt, aut partium continuitatem diſſoluunt.

Probatur. Nam Verbum propter [b] nos homines,

cluſ Conſtantinop. in ep. de Fide ad Armenos tom. 5. mag. Bibliot. vet. Patrũ p. 1. Cyrill. Alex. de rect. in Deũ Fide ad Theod. S. Maxim. Taurinenſ. hom. 5. & 6. de Chriſti Natiuit. Iſidor. Peluſ. ep. 121. S. Proſp. ſent. 64. Cæſar. Arelat. hom. 5. de Paſcha. S. Fulgent. lib. 2. de Fid. ad Petrum c. 2. Boetius in lib de duabus naturis, & vna Chriſti perſona. Ioannes Maxentius in 2. Fidei profeſſ. Iſidor. de doctrina, & Fid. Eccleſiaſt. dogmat. c. 2. Sophronius in ep. Synod. quæ habetur in 6. Synod. act. 11. Vigilius lib. 1. & 2. contra Eutychetem. Beda lib. 2. in Marcum c. 28. S. Damaſc. lib. 3. de Fid. c. 20. & 28. & in lib. de hæreſibus hæreſi 84. Nicephorus lib. 17. Hiſt. c. 29. & 31. tom. 9. mag. Bibliot. vet. Patrum p. 1. S. Anſel. in c. 8. ad Rom. S. Bernard. hom. infra Octauam Epiphan. Magiſt. in 3. diſt. 15. S. Tho. 3. p. q. 14. per totum. S. Bonau. in 3. diſt. 15. Scot. in 3. diſt. 15.

a S. Damaſc. lib. 1. orth. Fid. c. 14. S. Tho. 3. p. q. 15. ar. 2. S. Bonau. p. 4. Breuil. c. 8. Bellarm. tom. 1. controu. lib. 4. de Anima Chriſti c. 5. & lib. 4. de Rom. Pontifice c. 11.

b Iſa. 53. Zachar. 9. Matth. 1. & 20. Ioan. 1. 7. 10. & 11. Act. 4. Ad Rom. 3. 5. & 8. Ad Galat. 4. Ad Philip. 2. Ad Titum 2. 1. Petri 1. 1. Ioan. 1. & 2. Apocal. 1. Symb. Apoſt. Symb. quo Eccleſia vtitur. Symb. Athan. Conc. Nicænum, Conſtant. Epheſ. & Chalcedon. in Symb. Concil. Tolet. 6. c. 1. Conc. Tolet. 11. in confeſſ. Fidei. Conc. Trident. ſeſſ. 6. cap. 7. Catechiſmus Romanus in explicat. art. 4. Symb. Apoſt. S. Dionyſ. c. 4. Eccleſ. hierar. Polycarpus in ep. ad Philip. Euſeb. Cæſar. lib. 4. demonſt. Euang. c. 29. & lib. 10. c. 1. Antonius Eremita ep. 2. Didymus Alexand. lib. 2. de Spiritu ſancto. Nazian. orat. 38. in Chriſti natiu. & 42. in S. Paſcha. S. Hieron. lib. 1. comment. in Matth. in initio, & lib. 14. in Iſaiam. Chryſoſt. hom. 9. in epiſt. ad Rom. S. Auguſt. tract. 28. & 31. in Ioan. & ſerm. 18. de Sanctis, qui eſt 2. de Annunciat. Dominica, ſerm. 8. de temp. & enar. in Pſal. 95. Ioannes Caſsianus lib. 4. de Incarnat. c. 4. Theodor. q. 9. in Num. & ad c. 2. ep. ad Epheſios. Petrus Chryſol. ſerm. 111. Leo Mag. ſerm. 10. de Natiu. c. 6. ſerm. 12. de Paſsione c. 3. & ep. 83. ad Epiſcopos per Palæſtinam conſtitutos c. 3. Cæſarius Arelat. hom. 7. de Paſchate. S. Gregor. hom. 18. & 39. in Euang. & lib. 3. in Iob c. 11. Agatho Papa in ep. ad Conſtantium Imp. quæ habetur in 6. Synod. Conſtantinop. act. 4. Iſidor. lib. 1. de ſum. bono c. 16. Beda ad c. 1. ep. 1. Ioan. S. Anſel. ad c. 1. Matth. & ad c. 8. ad Rom. S. Bernar. ſerm. 1. in Annunciat. Mariæ, & ſerm. ad Milites Templi c. 11. Petrus Bleſenſis ep. 83. Magiſt. in 1. diſt. 48. & in 3. diſt. 18. S. Tho. 3. p. q. 4. ar. 4. ad 1. & q. 5. ar. 1.

mines, & propter noſtram ſalutem caro, ſeu quod idem [a] eſt, Homo factum eſt ad ſatisfaciendum ſua paſſione pro peccatis hominum: Corpus igitur quod pati poſſet aſſumpſit. Cuius anima quamuis glorioſa eſſet viſione beata, & amore qui ex ea ſequitur perfectè adhæreret Deo; noluit tamen dum ante paſſionem ſimul comprehenſor, [b] & viator fuit Chriſtus Dominus eos ſequi ex animæ gloria effectus in corpus, quibus immutabile, & inalterabile, atque omnino impaſsibile redderetur, vt mortem noſtram moriendo deſtrueret [c].

[a] Gen. 6. Num. 18. Ioan. 1. Act. 2. Ad Rom. 1. & 3. Ad Galat. 2. Ad Hebr. 5. Concil. Epheſ. 3. p. cap. 1. in declarat. 5. Anathematiſmi. Concil. Tolet. 11. & 15. in Profeſſ. Fid. Conc. Later. ſub Innocent. III. cap. Firm. de ſum. Trinit. & Fid. cathol. S. Aug. lib. 9. de ciu. Dei cap. 7. S. Leo ep. 10. ad Flauianum. Scot. in 3. diſt. 1. q. 1.

[b] Ierem. 14. S. Hieron. in cap. 14. Ierem. S. Tho. 3. p. q. 15. a. 10. S. Bonau. in 3. diſt. 14. ar. 3. q. 1.

[c] Oſeæ 13. 1. Cor. 15. Conc. Valentinũ ſub Leone IV. c. 4. S. Hieron. in cap. 13. Oſeæ. S. Aug. ſerm. 137. de tempore. S. Leo ſer. 8. de Paſs. S. Gregor. lib. 12. in Iob cap. 8. & lib. 2. hom. 22. in Euang. Remigius Altiſſiodorenſis enarrat. in Pſal. 54. tom. 9. mag. Bibliot. vet. Patr. p. 2. S. Anſel. in c. 15. 1. ad Corint.

CAPVT X.

De defectibus animæ à Chriſto Domino aſſumptæ.

VErbum humanitatem ex anima rationali, ac corpore conſtantem ſumpſiſſe, iam explicatum eſt ſupra, & qui eſſent defectus in aſſumpto corpore.

Nunc quærimus, an aliqui eſſent in aſſumpta anima defectus.

Ad quod explicandum,

QVÆRITVR PRIMO.

Vtrum in anima Chriſti peccatum aut fuerit, aut ſaltem eſſe potuerit.

RESpondetur dicendum. In anima Chriſti non fuit, nec potuit eſſe peccatum [a].

Probatur. Peccatum eſt dictum, factum, aut concupitum contra legem Dei.

Sed nihil poterat Chriſti Domini aſſumpta anima dicere, facere, aut concupiſcere contra legem Dei.

Ergo in anima Chriſti Domini aſſumpta, nec fuit, nec eſſe potuit peccatum.

Proba-

[a] Pſal. 44. ex S. Athanaſio in ſerm. 2. contra Arianos poſt med. Sapient. 10. Lucæ 1. Ioan. 8. 2. Corint. 5. Ad Hebr. 4. 7. & 9. 1. Petri 2. Conc. Epheſ. p. 1. c. 4. & can. 10. Sexta Synod. act. 8. & 17. Conc. Florent. in decreto Eugenij IV. §. 3. Conc. Later. ſub Martino I. can. 5. Conc. Vuormatienſe in confeſſ. Fidei. S. Ignatius in ep. ad Smyrnenſes. S. Dionyſ. Areop. c. 3. cæleſt. hierar. p. 3. circa finem. Irenæus lib. 3. c. 5. Dionyſ. Alexandr. in ep. contra Paulum Samoſatenum circa fin. Tertull. in lib. de carne Chriſti.

[b] S.Tho. 3. p.q.22, ar. 2. in 2. argumento, & ad 2.

[c] Bellarm. in explicat. Pſal. 105.

CA-

CAPVT XVI.

De adoptione Chriſti.

POST Chriſti Domini Sacerdotium, non eſt ab re de eius adoptione inquirere; nam qua ratione Sacerdos Chriſtus Dominus erat gratiſſimam offerens hoſtiā Patri, ſe Hominem demonſtrauit; cui non videtur repugnare vt ſit Filius adoptiuus Dei cum gratiam & virtutes habeat, quæ adoptiuum [a] efficiunt Filium.

Quæ difficultas vt ſoluatur,

QVAERITVR PRIMO.

Vtrum Chriſtus quatenus Homo ſit Filius Dei adoptiuus.

REſpondetur dicendum. Chriſtus Dominus non eſt Filius Dei adoptiuus [b].

Probatur: Filium eſſe, non de natura, ſed de ſuppoſito, hypoſtaſi, ſeu perſona prædicatur.

Sed

[a] Matth. 5. Ioan. 1. Ad Rom. 8. & 9. Ad Epheſ. 1. Ad Galat. 4. Ad Titum 3. Iacobi 1. 1. Petri 1. & 3. 1. Ioan. 3. Conc. Triden. ſeſſ. 5. in decreto de peccato originali, & ſeſſ. 6. cap. 4. & 7. Catechiſmus Romanus in explicat. ar. 3. Symb. Apoſt. S. Cyprian. in expoſ. orat. Dominicæ. S. Athan. orat. 2. contra Arianos, & in ſermon. de Paſsione, & Cruce Domini. S. Baſil. lib. 4. contra Eunom. Chryſ. hom. 22. in Gen. hom. 13. in Ioa. & hom. 14. in ep. ad Rom. Cyrill. Alex. lib. 1. in Ioan. cap. 14. S. Aug. epiſt. 120. c. 4. lib. 3. contra Fauſtum cap. 3. lib. 1. de ſerm. Dñi in monte, c. 46. & lib. 3. contra duas epiſto. Pelagianorum cap. 3.

[b] Pſal. 2. & 109. Prouer. 8. Matt. 3. 16. 20. & 26. Lucæ 1. Ioan. 1. 5. 6. 8. 12. 14. 15. 16. 17. 20. & 22. Ad Rom. 1. & 8. Ad Galat. 4. Ad Philip. 2. Ad Hebr. 1. 1. Ioan. vlt. Conc. Nicæn. Conſtantinop. Epheſ. & Chalced. in Symbolo. Conc. Lugdun. 2. ſub Greg. X. in ep. Michaelis Imperatoris ad eumd. Gregorium. Conc. Foroiulienſe ſub Adriano I. à Paulino Aquileienſi celebratum in cau-

Sed Chriſtus IESVS qua ratione Homo ſubſiſtens, non erat alia a Verbo diuino hypoſtaſis, ſeu perſona.

Ergo nec alius Filius.

Sed qua ratione Filius Dei non poteſt dici Filius adoptiuus.

Ergo nec etiam qua ratione Homo ſubſiſtens dici poteſt Filius adoptiuus, ſed naturalis, vt ex Scripturis,[a] Concilia,[b] & Patres,[c] a quibus docemur, non eſſe alium Filium Hominis a Filio Dei.

Nec obſtat, quod Chriſti Domini humanitas creatura Deo ſubiecta per participationem exiſtens etiam ſerua[d] nominetur.

Nam

ſa Sanctiſſ. Trinit. & Incarnat. Verbi. Concil. Ratiſponenſe ſub Adriano I. in quo Felix Vrgelitanus Epiſcopus condemnatus eſt. Conc. Francofordieñ ſub Adriano I. per totum contra Elipandum, & Felicem. Catechiſmus Romanus in explicat. ar. 3. Symb. Apoſt. Adrianus primus Papa in epiſ. ad Epiſcopos Hiſpaniæ, & Galliciæ de errore Elipādi Epiſcopi Toletani. S. Hppolytus Epiſcopus Portueñ de Deo Trino, & vno, & de myſterio Incarn. cōtra hæreſim Noeti tom. 3. mag. Bibl. vet. Patrum. S. Baſil. lib. 4. contra Eunom. Cyrill. Hieroſol. Catecheſi 11. Illuminatorum. Nazianz. in epiſt. ad Chelidonium. S. Ambroſ. in lib. de Incarnat. Domin. Sacram. cap. 8. B. Vigilius Epiſcopus Trident. in Diſput. de Chriſto, & Fide Sanctiſſ. Trinit. inter Sabellium, Fotinum, Arium, & Athanaſium tom. 5. mag. Bibliot. vet. Patrum 3. par. S. Fulgent. in lib. ad Donatum cap. 5. & lib. 3. ad Traſimundum Regem de ſacram. Dominicæ Paſſionis cap. 5. S. Gregor. lib. 6. cap. 26. in lib. 1. Regum. S. Anſel. in lib. de Excellentia B. Virginis cap. 3. S. Bern. ſerm. 5. in die Natalis Domini. Magiſt. in 3. diſt. 4. & 10. S. Tho. 3. par. q. 23. ar. 2, 3. & 4. [a] Matth. 3. 16. & 17. Io. 20. Ad Rom. 8. Ad Hebr. 1. 2. Petri 1. [b] Conc. Sardicenſe in epiſt. ad omnes Fideles. Concil. Francoford. ſub Adriano I. per totum. [c] Irenæus lib. contra hæreſes cap. 21. S. Hilar. lib. 3. 6. & 9. de Trinit. Nazianz. in ep. ad Dydimum. S. Ambroſ. in lib. de Incarnat. Domin. Sacram. cap. 8. & lib. 1. de fid. cap. 9. S. Hieron. in cap. 1. ad Epheſ. S. Chryſ. hom. 40. operis imperſ. in Matth. S. Aug. ep. 120. cap. 4. lib. contra Secundinum Manichæum cap. 5. lib. 3. contra Fauſtum cap. 3. lib. 1. de conſenſu Euang. cap. 3. tract. 25. in Ioan. cap. 1. & tract. 82. S. Leo ep. 97. ad Leonem Auguſtum. S. Gregor. lib. 1. mor. cap. 6. aliàs 29. Hildephonſus Archiepiſcopus Tolet. in lib. de perpetua Virginitate S. Mariæ, ac eius parturit. paulo poſt principium tom. 7. mag. Bibl. vet. Patrū. Iſidor. in lib. de doctr. & fid. Eccleſiaſt. dogm. cap. 2. Leo IX. in ep. 3. ad Petrum Antiochenum. Magiſt. in 3. diſt. 10. S. Tho. 3. par. q. 2. ar. 3. ad 1. S. Bonau. in 3. diſt. 10. art. 2. q. 1. [d] Pſ. 85. & 115. Iſa. 44. & 42. 43. 52. 53. & Zach. 3. ex Hieron. in eiſd. locis. Ad Philip. 2. Conc. Alexandrinū in 6. Anathematiſmo. S. Athan. orat. 2. & 3. contra Arianos. S. Hilar. lib. 11. de Trinit. longè ab initio. Nazianz. orat. 1. quæ eſt 1. Apologia circa finem. S. Ambroſ. lib. 5. de fid. cap. 6. & lib. 7. epiſt. ep. 47. ad Irenæum. S. Aug. ep. 178. circ. finē. S. Cyrill. Alex. in lib. ad Euoptium, lib. 9. The-

Nam eſſe creatum, per participationem exiſtere, Deo ſubiectum eſſe non tantum de ſuppoſito creato, verum & de natura prędicatur [a].

At eſſe Filium de perſona tantum dicitur ſi propriè ſumatur, & preſſe.

ſau. cap. 3. & lib. 12. cap. 15. S. Vigil. lib. 5. contra Eutychetem tom. 5. mag. Bibliot. veterum Patrum p. 3. S. Damaſc. lib. 3. orthod. fid. cap. 21. S. Tho. 3. par. q. 20. art. 1. ad 2.

[a] S. Tho. 3. p. q. 23. ar. 4. ad 3.

OBIICIES.

SI Chriſtus Dominus qua ratione Homo non eſset Filius Dei adoptiuus, nec etiam eſset prædeſtinatus. Cum prædeſtinatio [b] ſit in adoptionem filiorum.

At Chriſtus Dominus ex dictis non eſt Filius adoptiuus.

Ergo neque etiam prædeſtinatus.

Quod eſt contra Apoſtolum ad Rom. 1. de Chriſto dicentem;

Qui prædeſtinatus eſt Filius Dei in virtute.

Huic argumento vt ſatisfiat,

[b] Apoſtolus ad Epheſ. 1. S. Ambroſ. in cap. 1. ad Epheſ. S. Hieron. in cap. 1. ad Epheſ. Chryſ. hom. in cap. 1. ad Epheſ. S. Auguſt. de Prædeſt. Sanctorum c. 10. & 15. S. Anſel. in cap. 1. ad Epheſ. S. Thom. 3 par. q. 24. art. 1. in 1. argumento, & ad primum.

QVAERITVR II.

Vtrum Chriſtus Dominus dici poſsit prædeſtinatus.

CHriſtus Dominus qua ratione Deus a Patre per æternam generationem eidem Patri conſubſtantialis procedens non poteſt dici

dici prædeſtinatus [a]. Eſsentia namque ac natura ſicut Pater, beatus eſt Filius, cui omnia quæ habet Pater communicauit, præter hoc quod eſt eſse Patrem. Cum in diuinis Perſonis ibi ſit diſtinctio vbi eſt relatiua [b] oppoſitio:

Non igitur qua ratione Deus Chriſtus Dominus dici poteſt prædeſtinatus.

Reſpondetur dicendum. Chriſtus Dominus qua ratione Homo, vel ſecundum humanitatem dici poteſt prædeſtinatus [c].

Probatur. Prædeſtinatio eſt æterna Dei præordinatio, qua gratis in tempore facienda diſponuntur, latè ſumpto prędeſtinationis nomine pro ęterna Dei prędefinitione qua intelligens creatura in ſuum ordinatur finem.

At Deus ab æterno gratis præordinauit Chriſti Domini humanitatem ad hypoſtaticam vnionem, quæ illi non natura, ſed Dei dono & gratis conceſſa fuit.

Eſt igitur Chriſtus Dominus ſecundum humanitatem ab æterno prędeſtinatus, vt ſit eius humanitas Verbo hypoſtaticè vnita.

Filius ergo Dei qua ratione Homo non fuit prædeſtinatus vt eſſet adoptiuus Filius, ſed naturalis [d]; quia eius humanitas aſſumpta fuit

a S.Tho.3. p. q. 24. ar.1.in 2.arg.& ad 2.
b Concil.Later. ſub Innoc.III. cap.Firm. Conc.Tolet. 11. in Profeſſ.Fid. Conc.Floren.ſub Eugen.IIII.ſeſſ.18. S.Dionyſ.cap.2.de diu. nom. S.Ath. de prop. perſon. ad Theophilum. S.Hilar.1 li.de ſynod. S Baſil.lib. 1.& 2.cōtra Eunom. Nazian. orat.23.25. & 37. S.Aug. ſerm. 1. & 6. in Feſto S. Trinit. S.Cyrill. Alex. lib. 3. Theſau. cap. 1. & 8. li.7.c.1.&li. 12.c.13. S. Leo ſerm. 1. & 3. de Pentec. Boetius lib.1. de Trinit.cap.12. S.Damaſc. lib. 1. orthod. fid.cap.2. S.Bern.lib. 5.de conſid. cap.7. & 8. S.Tho.p.p.q. 28.ar. 3.q. 30. art.2. q.32. art.2.& 3. q.36.art. 2.& 4.q.37. art.2.& q.41.art.6. Bellarm. lib. 2. de Chriſto cap. 22.
c Ad Rom.1. & 8. 1.Cor.2. Ad Epheſ. 1. & 3. 1.Petri 1. Conc.Tolet.11. Chryſoſtom. in c. 2. 1.ad Cor. S.Aug. in lib.de Prædeſt.SS. cap.10.& 15.de bono perſeu. cap.vlt. in Enchir. cap. 40. in lib. ad Proſperum, & Hilarium, & tract. 15. in Ioan. S.Anſelm.in cap.1. ep. ad Roman. Magiſt.in 3.diſt.7. S.Tho.3.p.q.24. art.1. S.Bonau.in 3.diſt.7. Scot. in 3.diſt. 7. q. 3.ad 1.arg.in 2.ſolut.
d Ad Rom.1. S.Aug.in expoſit. c. 1. ep. ad Rom. lib. 12.de Tri-

per vnionem hypoſtaticam ad ſubſiſtendum ſubſiſtentia Verbi, quæ Dei naturalem non adoptiuum Filium facit.

nit. c.6. lib. de Præ- deſt. SS. cap. 15. de bono perſeu. cap. vlt. & tract. 105. in Ioan. Beda in cap. 1. ep. ad Rom.
S. Bern. lib. 5. de conſid. circa finem.
Magiſt. in 3. diſt. 7.
S. Tho. 3. p. q. 24. ar. 2
S. Bonau. in 3. diſt. 7. art. 2. q. 3.
Scot. in 2. diſt. 7. q. 3.

QVÆRITVR III.

Vtrum vna, eademq. adoratione adoranda ſit Chriſti diuinitas, & eius humanitas.

[a] Pſal. 98.
Iſa. 45.
Matth. 2.
Ioan. 5. 9. & 20.
Ad Rom. 14.
Ad Hebr. 1.
Apoc. 5. & 22.
Conc. Alex. in ep. ad Neſtorium.
Conc. Epheſ. can. 8. & par 3. Anathematiſmo 8.
Quinta Synodus gener. quæ eſt 2. Conſtantinopol. collat. 8. can. 9.
Septim. ſynod. act. 6.
Concil. Trid. ſeſs. 13. cap. 5. & can. 6.
S. Athan. in epiſt. ad Eupſichium, & in ſerm. cõtra Arianos.
S. Epiphan. in Ancorato circa medium.

Respondetur dicendum. Vna eademq. [a] adoratione in Chriſto Domino humanitatem, atque diuinitatem adorari.

Probatur. Quando duæ naturæ vnitæ ſunt in vnitate ſuppoſiti, eadem adoratione adorantur.

Eſt enim adoratio [b] alicui perſonæ exhibitus honor, ſeu reuerentia propter excellẽtiam; quæ ſi eadem ſit ratione perſonę in duabus naturis, illæ duæ naturæ eadem adoratione adorantur. Sicut etiam ſi in pluribus perſonis ſit eadem

S. Ambroſ lib. 3. de Spiritu Sancto cap. 19. verſus finem, lib. 2. cap. 12. & lib. de Incarn. Domin. Sacram. cap. 7. Chryſ. hom. 5. ſup. epiſt. ad Hebr. & hom. 3. de Chriſto ſecundum carnem. S. Aug. lib. 1. de Trinit. cap. 6. enar. in Pſalm. 98. & ſerm. 58. de verbis Domini. S. Cyrill. Alex. epiſt. 10. Caſſiodor. in Pſalm. 98. S. Hildephonſus Archiepiſcopus Toletanus in lib. de Laude S. Dei Genitricis Mariæ ſerm. de Aſſumptione B. Virginis tom. 7. mag. Bibl. vet. Patrum. S. Damaſc. lib. 3. orthod. fid. cap. 8. & lib. 4. cap. 3. & orat. 1. de Imaginib. in princip. S. Anſelm. in explicat. cap. 1. ep. ad Hebr. S. Tho. 3. p. q. 25. art. 1. [b] S. Auguſt. lib. contra ſermonem Arianorum cap. 23. S. Damaſc. orat. 1. de Imaginib. in princip. & orat. 3. S. Tho. 2. 2. q. 19. art. 9. q. 81. art. 2. ad primum qu. 103. artic. 1. ad primum & 3. par. quæſt. 25. art. 1. in corp.

eadem natura, & eſſentia, eadem adoratione adorantur omnes.

Verum deitas, & humanitas in Chriſto Domino ad vnam eamdemq. perſonam ſpectant in qua ſubſiſtunt.

Vna igitur adoratione Chriſti humanitas, & deitas adorantur.

S. Thom. 3. p. q. 25. art. 1.

Quamobrem in Quinta Synodo can. 9. rectè Patres anathema dicunt ijs, qui duabus in Chriſto naturis duas exhibent adorationes, & conſequenter ſicut duas in Chriſto diſtinguunt naturas, ſic duas perſonas introducere videntur, quod non ſemel eſt ab Eccleſia damnatum [a].

QVÆRITVR IV.

Vtrum Chriſtus Dominus qua ratione Homo inter Deum & Homines mediator fuerit.

REſpondetur dicendum. Chriſtus IESVS qua ratione Homo inter Deum & Homines mediator [b] fuit.

Probatur. Chriſtus ea ratione mediator eſt inter Deum & Homines, qua ratione pro peccatis ſatisfaciendo, reconciliat Deo peccatores.

a Concil. Epheſ. per totum.
Concil. Chalced. per totum.
Quinta ſynod. gener. can. 4. & 5.
Sexta ſynod. act. 4. & 17.
Concil. Later. ſub Innoc. III. cap. Firm.
Conc. Floren. in Decreto Eugen. IV. pro Armenis.
Conc. Tolet. 1. in aſſert. fidei.
Catechiſmus Romanus in explicat. ar. 2. & 3. Symbol. Apoſt.
Bellarm. tom. 1. controu. lib. 3. de Incarn. per totum.
b Malachiæ 3.
Ad Rom. 8.
2. Cor. 5.
Ad Galat. 3.
1. Timot. 2.
Ad Hebr. 9. & 12.
1. Ioan. 2.
Irenæus lib. 3. adu. hæ.

At qua ratione Homo per mortem ſatisfaciendo, reconciliauit Deo peccatores; moriendo namq. mortem noſtram quod eſt peccatum [a] deſtruxit.

Ergo qua ratione Homo inter Deum & Homines mediator fuit.

Quæ autem de Chriſto Domino ab æterno prædefinita fuerunt, quomodo in tempore completa fuerint vt intelligamus;

Aliqua de Matre eius, & præſertim ad gratiam pertinentia, dicemus; deinceps breuiter explicaturi quæ neceſſaria videbuntur ad ſcripturas, quæ de Chriſto Domino ſunt, intelligendas.

CA-

reſes cap. 20. Lactan. lib. 4. diuinarum inſtitut. cap. 24. & 25. S. Hilar. lib. 9. de Trin. S. Epiph. in Ancorat. S. Ambroſ. in cap. 2. 1. ad Timot. Chryſ. homil. 7. in 1. ep. ad Timot. c. 2 in illud, Vnus Deus, vnus & Mediator, & hom. 16. in epiſt. ad Hebr. S. Aug. lib. 9. de Ciu. Dei cap. 15. lib. 10. c. 20. tract. 31. in Io. lib. 1. de Trin. c. 7. in Pſal. 29. lib. 2. de peccato originali c. 28. ſerm. 11. de verbis Apoſtoli, lib. 10. Cōfeſſ. cap. 43. ep. 49. ad Paulinum. Cyrill. in Apolog. pro duodecim capitibus contra Orientales, dialog. 1. de Trin. circa principium, lib. 12. Theſaur. cap. 10. & lib. 11. cap. 7. lib. 9. in Ioan. cap. 33. Theodoret. In cap 2. epiſt. 1. ad Timot. & in dialog. Inconfuſus, & Impatibilis. S. Leo ſerm. 1. in die Natalis Domini. Vigilius lib. 8. contra Eutychet. Remigius Rhemen. cap. 8. in explanat. epiſto. ad Hebr. c. 5. mag. Bibl. vet. Patr. par. 3. S. Fulgent. in lib. de Incarnat. & gratia cap. 2. in fine, & cap. 13. Ferrandus Diaconus in epiſt. ad Anatolium Diaconum tom. 6. mag. Bibl. &c, par. 1. Primaſius Epiſcopus Vticenſis Comment. in cap. 8. epiſt. ad Rom. tom. 6. mag. Bibl. vet. Patrum par. 2. Antiochus Abbas hom. 62. quod pro inuicem ſit orandum, tom. 7. mag. Bibl. vet. Patrum. S. Thom. 3. p. q. 26. art. 1. & 2. Bellarm. tom. 1. controu. lib. 5. de Chriſto Mediatore per totum. a Gen. 3. ex S. Ambroſio in lib. de Paradiſo cap. 9. & S. Gregorio lib. 5. epiſt. 14. 2. Cor. 5. Conc. Arauſ. can. 2. Conc. Trident. ſeſſ. 5. S. Aug. lib. 4. contra duas ep. Pelagianorum. S. Chryſ. homil. 20. in cap. 13. Matth. S. Bern. ſerm. 15. ſup. Cant. Bellarm. tom. 4. controu. lib. vnico de gratia primi Hominis cap. 8. lib. 4. de amiſſ. gratiæ, & ſtatu peccati cap. 2. & 16. & lib. 5. cap. 19.

CAPVT XVII.

De Virgine Dei Matre.

DEi Genetrix Virgo clara ex ſtirpe Dauid [a] ab Euangeliſtis laudatur ex genere, quod ex Tribu Iudæ [a] regali progenie trahit. Cui æternus Pater cooperante Spiritu ſancto Corpus, & Animam præparauit vt dignum Filij ſui habitaculum effici mereretur. Cuius dignitas vt nobis innoteſcat, ab eius ſanctificante gratia vnde & Angelus ſumpſit exordium [b], incipiemus.

QVÆRITVR PRIMO.

Vtrum Beata Virgo fuerit in vtero Matris ſanctificata.

REſpondetur dicendum primo. Beata Virgo in vtero Matris ſanctificantem recepit gratiam [c].

Quod probatur ex eo; quia natiuitas

[a] Gen. 19. 2. Reg. 7. Pſal. 131. ex S. Petro Act. 2. Iſa. 11. ex S. Hieron. in eund. locum. Matth. 1. & 22. Marci 12. Lucæ 1. 3. & 20. Ioan. 7. Ad Rom. 1. Ad Hebr. 7. Apocal. cap. 5. Iuſtin. Martyr q. 131. ad Gentes. Tertull. lib. de carne Chriſti cap. 21. Euſeb. lib. 1. Hiſtor. cap. 6. lib. 3. c. 11. & 15. & lib. 7. de demonſtr. Euang. cap. 5. & 6. S. Athan. lib. 1. de hum. natura ſuſcepta non longe a fine. Nazianz. in carmine de geneal. Saluatoris. S. Ambroſ. lib. 3. in Lucam. S. Hieron. in cap. 1. Matth. & in c. 2. Luc. S. Chryſ. hom. 2. in cap. 1. Matth. S. Aug. lib. 23. contra Fauſtum c. 8. 9. & 10. in lib. 1. qq. veteris, & noui Teſtam. q. 56. lib. 2. q. 6. & lib. 2. Retract. c. 7. 12. & 55. Euſebius Emiſſenus hom. de Natiuit. Mariæ. Beda ad cap. 1. Matth. & cap. 3. Lucæ. S. Damaſc. lib. 4. orthod. Fid. c. 15. S. Anſel. in c. 1. Matth. & c. 3. Lucæ.

[b] Lucæ 1.

[c] Pſal. 45. Cant. 4. Lucæ 1. Liturgia D. Iacobi. Conc. Lugdun. c. 1. de conſec. diſt. 3. S. Maximus in ſerm. de Aſſumpt. B. Mariæ. Hildephonſus Archiep. Toletanus in lib. con-

tro eos qui diſputant de perpetua virginitate S. Mariæ, & de eius parturitione tomo 7. mag. Bibliot. vet. Patrum. Nycephor. lib. 1. Hiſtor. c. 1. tom. 9. magnæ Bibliot. veterum Patrum p. 1. S. Bernar. ep. 174. & in ſerm. de excellentia, & ſanct. Ioannis. Magiſt. in 3. diſt. 3. S. Thom. 3. par. q. 27. ar. 1. & ſeqq. S. Bonau. in 3. diſt. 3. Scot. in 3. diſt. 3. Bellarm. tom. 4. contror. lib. 4. de amiſs. gratiæ &c. c. 15. [a] Lucæ cap. 1. Origenes hom. 4. in Lucam. S. Ambroſ. lib. 1. in Lucam. Chryſ. ſer. 2. de Ioanne Baptiſta. Petrus Damianus in ſerm. de Natali S. Ioannis Baptiſtæ. S. Bernard. ep. 174. S. Thom. 3. p. q. 27. art. 1. & 2. [b] Ierem. cap. 1. Tertull. in lib. de anima cap. 26. S. Athan. orat. 4. contra Arianos circa medium. Nazian. orat. 1. poſt medium. S. Hieron. in cap. 1. Ieremiæ. S. Leo ſerm. 10. de Natiuit. S. Tho. 3. p. q. 27. ar. 1. & 2.

tiuitas eius ſancta fuit, cuius Eccleſia celebrat feſtum.

Ante Natiuitatem igitur ſanctificantem recepit gratiam quæ ipſam ſanctam reddidit, vt decebat eam quæ Chriſti Mater eſſe debebat. Quod priuilegium cum Ioanni [a] Baptiſtæ, ac Ieremiæ [b] conceſſum fuerit, non videtur Matri fuiſſe denegandum.

Quo enim aliquid propius accedit ad principium ac fontem gratiarum, eò perfectius & gratiam [c] & dona recipit.

Verum nemo ad eum Filium qui ortus eſt in terris ex Matre ſine Patre ſecundum carnem propius quàm Mater accedit.

In receptione igitur gratiæ nemini ſecunda fuiſſe dicenda eſt Mater, quæ tota pulchra [d] eſt, in qua non eſt macula, & cui ab Angelo dictum fuit [e] Aue gratia plena, ex eo quod eam gratiæ plenitudinē [f] habuerit quam decebat vt Chriſti Mater quolibet tempore, ac temporis momento haberet.

Gratiam enim habuit antequam in vtero conciperet Verbum qua diſponebatur, & præparabatur vt Dei Mater eſſet; quam pleniorem & perfectiorem habuiſſe credenda eſt dum ab Angelo nunciata reſpondit [g]. Ecce ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbum tuum; & de

[c] Cant. 4. Anſel. lib. de conceptu Virginali cap. 18. [d] S. Tho. 3. p. q. 27. art. 5. in corpore. [e] Lucæ cap. 1. [f] S. Tho. 3. p. q. 27. ar. 5. [g] Lucæ 1.

& de Spiritu ſancto Filium concipiens, Filij Dei Mater fuit per quem facta [a] ſunt omnia.

A quo in cælum aſſumpta, eſt ſuper omnes choros Angelorum exaltata, viſione beata, & perfecto amore Deo in Trinitate vni ſemper adhæſura.

Verum eſt inter Theologos agitata quæſtio. Num ſanctificantem gratiam ita habuerit in vtero Matris Beata Virgo, vt fuerit a macula peccati originalis præſeruata.

Qua de re quamuis magis audire, quàm quid ſentiam eloqui vellem; nihil de doctrinâ, pietate, ac deuotione Angelici Doctoris ſubtrahens, qui aliam illi tempori magis congruam habuit ſententiam;

Dicendum eſt ſecundo. Sanctificantem gratiam Virgini Matri fuiſſe conceſſam quæ illam ab omni macula originalis [b] peccati præſeruauit.

Proba-

[a] Ioan. 1.
Symbolum quo Eccleſia vtitur.
S. Ambr. lib. 3. de Fid. cap. 3.
S. Hieron. comment. in c. 2. Michęæ.
S. Chryſ. in c. 1. Ioan.
S. Aug. tract. 1. in Io.

[b] Gen. 4. Iob 3.
Pſal. 45. 84. 86. 88. & 92.
Cant. 2. 4. & 6.
Lucæ 1.
Sexta Synod. gener. act. 11.
Septima Syn. act. 3.
Conc. Baſil. ſeſſ. 36.
Conc. Froncoford. in ep. ad Epiſcopos Hiſpaniæ.
Conc. Trid. ſeſſ. 5.
Adrianus I. in ep. ad Epiſcopos Hiſpaniæ, & Gallicíæ.
Sixtus IV. in Extrau. Cum præexcelſa; & Extrau. Graue nimis.

Origenes hom. 1. ex varijs. S. Cyprian. in lib. de Cardinalibus Chriſti operibus cap. de Natiuit. Chriſti. S. Greg. Neocæſariensis in expoſit. Salutationis Angelicæ. S. Ambr. ſerm. 22. in Pſal. 118. circa illa verba, Quære ſeruum tuum, & lib. de Inſtit. Virg. cap. 5. S. Hieron. in illud Pſal. 77. Eduxit eos in nube diei, & ſuper cap. 10. Eccleſiaſtes. S. Ioannes Epiſcopus Hieroſol. in lib. de Inſtit. Monachorum c. 32. tom. 4. mag. Bibliot. veterum Patrum. S. Aug. in lib. de natura, & gratia c. 36. ſerm. 20. ad Fratres in Heremo, & lib. 5. contra Iulianum cap. 9. Theodor. lib. 3. in Cant. ad illa verba, Sexaginta ſunt Reginæ. Sophronius in epiſt. Synodali quæ habetur in 6. Synodo act. 11. Hildephonſus Archiepiſcopus Toletan. in lib. de S. Mariæ virginit. tom. 7. mag. Bibliot. veterum Patrum. S. Damaſc. in orat. 1. de Natali B. Mariæ Virginis. Petrus Damianus in ſerm. de Annunciatione, & in ſerm. de Natiuit. Virginis. Idiota in contemplat. Virginis Mariæ cap. 2. & 6. tom. 10. mag. Bibliot. veterum Patrum. S. Bruno Herbipoleñ. Epiſcopus in Pſal. 101. tom. 11. mag. Bibliot. vet. Patrum. S. Anſel. in lib. de conceptu virginali cap. 18. & in c. 5. ep. 2. ad Cor. S. Bernard. ſerm. 2. de Aſſumpt. B. Mariæ, ſerm. de Priuilegijs S. Ioannis Baptiſtę, ſerm. de Beata Maria, ſerm. 4. ſuper Salue Regi-

na, & epiſt. 174. Magiſt. in 3. diſt. 3. Scot. in 3. diſt. 3. Bellarm. tom. 4. controu. lib. 4. de amiſs. gratię, & ſtatu peccati c. 15. & ſeqq.

Probatur. Nam non videtur de Matre Dei quæ tota pulchra eſt, & ſine macula, virtute Spiritus ſancti habitaculum Filij Dei præparata congruè dici poſſe vt fuerit prius filia iræ, quàm dilecta a Filio, ideſt prius habuerit in ſe maculam originalis peccati, per quam eſſet in maſſa perditionis; quàm gratiam per quam eſſet inter Filios Dei ſancta, & immaculata.

Fuit igitur in inſtanti ſuæ conceptionis ſimul & ſecundum naturam condita, & per gratiam ſancta.

Neque hinc ſequitur quicquam ſubtrahi de dignitate Filij, per quem & in cuius fide [a] ante ortum Virginis tot annorum millibus Patriarchæ atque Prophetæ ſanctificantem gratiam receperunt.

[a] Conc. Trid. ſeſſ. 5. Ioannes Maxentius in profeſſione de Chriſto tom. 6. magnæ Bibliot. vet. Patrum p. 1. S. Tho. p. 2. q. 103. ar. 2. & 3. p. q. 27. ar. 1. ad 3. S. Bonau. in 3. diſt. 30. ar. 3. q. 2. Scot. in 3. diſt. 3. q. 1.

Qui tamen à Chriſto Domino redempti fuiſſe dicuntur.

Nec obſtat ſi dicas, ipſos redimi potuiſſe, quia peccatum contraxerant, a quo ſi fuit præſeruata Virgo non poterat redimi.

Nam quamuis peccatum non contraxerit; quia tamen ex ſemine Adæ per communem modum quo propagatur humana proles originem traxit, cum quo modo eſt ſemper coniuncta peccati macula, vel eam contrahendi debitum; poteſt dici redempta Virgo excellentiori quodam, & eminentiori modo ex eo

quod

quod fuerit a peccato præſeruata quod contraxiſſet [a], niſi fuiſſet Chriſti meritis præſeruata; quod eſſet de ipſa ſingulariter dictum. Quia de Chriſto Domino qui de Spiritu ſancto conceptus fuerat non poteſt dici nec a peccato redemptus, nec a peccato quod deberet contrahere ſubtractus.

OBIICIES.

Omnes [b] qui in Adam peccauerunt Redemptore indigent.

Si ergo Beata Virgo in Adam non peccauit, non indiguit Redemptore.

Reſpondetur, conceſſo antecedenti, negatur conſequẽtia. Nam Virgo Dei Mater Redemptore indigebat vt præſeruaretur a peccato quod contrahere debuiſſet; quæ eſt virtualis redemptio, qua etiam Chriſtus Dominus non indiguit, quia in ipſo nec peccatum, nec contrahendi peccati debitum [c] fuit.

Quod ſi vlterius ex S.Thoma [d] dicas. Hoc non videtur ſufficere ad hoc vt Virgo Dei Mater dicatur redempta.

Reſpondetur. S.Thomas vt ille qui erat nouitatum inimicus, & maxime Eccleſiæ traditionum, & vſus obſeruans, noluit inter primos eſſe qui a peccato originali exciperent Virginem.

[a] S. Aug. in Pſal. 85. Hildephõſus Archieſcopus Toletanus in lib. contra eos qui diſputant de perpetuitate virginitate S. Mariæ, tom. 7. mag. Bibliot. vet. Patrum. S. Anſel. de Conceptu Virginali cap. 7. & 9. Bellarm. tom. 4. controu. lib. 4. de amiſs. gratiæ, & ſtatu peccati cap. 16. Scot. in 3. diſt. 3. q. 1. & 2.

[b] Ad Rom. 5. 1. Corint. 15. 2. Corint. 5. Ad Epheſ. 2. S. Thom. 3. p. q. 27. art. 2.

[c] Lucæ 1. Matth. 1. S. Ambroſ lib. 2. comment. in Lucam. S. Auguſt. in lib. de perfectione iuſtitiæ, lib. 5. adu. Iulianum cap. 9. ep. 57. ad Dardanum, & in Enchir. cap. 40. S. Anſel. de conceptu virginali, & peccato originali c. 8. & ſeqq. Scot. in 3. diſt. 3. q. 2. Bellarm. tom. 4. controu. lib. 4. de amiſs. gratiæ, & ſtatu peccati cap. 16.

[d] 3. p. q. 27. ar. 2.

Eſt enim ex Scripturis [a] certum quod omnes Homines peccauerunt in Adam.

Et ex alia parte videbat ab Eccleſia tolerari vt feſtum Conceptionis celebraretur, voluit potius Eccleſiæ tolerantiam interpretari, quàm ſe periculo exponere malè interpretandi Scripturas, cum ſuo præſertim tempore nondum Eccleſia Romana ſub Conceptionis nomine Virginis celebraret Feſtum.

Et ideo dixit celebrari feſtum Conceptionis, quia neſcitur tempus quo in vtero Matris fuit ſanctificata Virgo genetrix Dei, quam veriſimiliter credere poterat eodem die Conceptionis poſt momentaneam ferè, atque incomprehenſibilem temporis morulam fuiſſe ſanctificatam.

Quare Conceptionis dies etiam in ſententia Angelici Doctoris [b] ſanctificatus illuxit, in quo Virgo gratiam recepit, minimam ſi illius diei temporis morulam demas in qua originalem habuit peccati maculam.

Toto igitur illo die qui Conceptionis fuit Virginem ſanctam adorare poſſumus.

Quantique facienda ſit hæc D. Thomæ ſententia, qui piè Eccleſiæ tolerantiam interpretatus, ſumma cum religione ac rigore Scripturæ verba recepit donec perfectius Eccleſiæ innoteſceret ſenſus, ex eo docemur quod ipſa hucuſque nihil in re tam graui tanquam certum

[a] Gen. 2. Ad Rom. 5. 1. Corint. 15. 2. Corint. 5. Ad Epheſ. 2. Conc. Mileuit. 2. contra Pelagium, & Cæleſtium ſub Innoc. I. cap. 2. Conc. Trident. ſeſſ. 5. S. Ambroſ. lib. 2. in Lucam, & lib. 2. contra Nouatianum. S. Hieron. in Pſal. 50. S. Aug. in lib. de perfectione iuſtitiæ, lib. 5. adu. Iulianum c. 9. ep. 57. ad Dardanum, & in lib. de Nuptijs, & concupiſc. c. 12. Euſeb. Emiſſenus homil. 2. de Natali Domini. S. Leo ſerm. 1. de Natiuit. Domini. S. Tho. 3 p. q. 27. ar. 2. Bellarm. tom. 4. controu. lib. 4. de amiſs. gratię & ſtatu peccati c. 16. & 18.

[b] 3. p. q. 27. ar. 2.

tum de Fide definire, declarare, aut credendum proponere voluit; vt conſtat ex Capitulo, Graue nimis, de Reliquijs, & veneratione Sanctorum; cui Concilium Tridentinum[a] poſt longam diſcuſſionem adhæret, vt videre eſt eius acta legenti.

His accedunt Summorum Pontificum Conſtitutiones Pij[b] Quinti, Pauli[c] Quinti, & Gregorij[d] XV. ſuper hac re editæ, in quibus nihil adhuc eſt de Fide ſancitum.

Quibus Vrbani VIII. reſponſum ad petitiones Summorum Principum addo, qui intactû reliquit quicquid a Prædeceſſoribus ſuis fuerat inſtitutum.

Cuius reſponſi tenorem & verba ſi ab eodem Sanctiſſimo facultas data fuiſſet, his addidiſſem, vt intelligeres quanta religione, pietate, prudentia, atque ſapientia ab Apoſtolica Sede res quę ad Fidem ſpectant, tractentur.

Ex quibus cognoſceres non eſſe Angelicum Doctorem damnandum qui à peccato originali noluit Virginem Matrem excipere, ne ſe periculo malè interpretandi Scripturas exponeret; quas tamen nunquam negauit[e], eam poſſe interpretationem recipere, quam illis dant qui Virginem a peccato originali præſeruatam dicunt.

Quibuſcum ego ſentiens, vtinam minimam ſaltem partem habeam illius deuotionis,

[a] ſeſs. 5. in fine.

[b] Conſtit. 94. Supe: Speculam Domini.

[c] Conſtitut. 9. aliàs 97. Regis Pacifici, tom. 3. in Append. & Conſtit. 7. Sanctiſsimus Dominus noſter tom. 4.

[d] Conſtitut. 29. Sanctiſſ. Dominus noſter. tom. 4.

[e] S. Tho. 3. p. q. 27. ar. 2. & Quodlib. 6. art. 7.

quam virtutes Virginis imitando, Angelicus habuit Doctor, præclara eiuſdem Religionis virorum Illuſtrium ſequutus exempla, quæ ita adhuc in obſequium Virginis Matris vigent ac ſi ſummo ſemper ſtudio laborarent, vt patrimonium a prædeceſſoribus ſuis relictum religione ſumma cuſtodiendum poſteri recepiſſent.

QVAERITVR II.

Vtrum Beata Virgo tantam in primo inſtanti ſuæ conceptionis gratiam habuerit, vt ei non potuerit additio fieri.

Reſpondetur dicendum. Gratiæ plenitudini [a] quam Beata Virgo in primo eius ſtatui congruentem accepit, additio [b] fieri potuit. Probatur: quia in eo ſtatu quo Filius erat in vtero Matris, eam primò decebat vt haberet gratiam, qua diſponenda, & præ- pa-

[a] Pſal. 45. Cant. 2.4. & 6. Lucæ 1. S. Ignatius in epiſto. ad Ioannem. S. Iuſtinus q. 136. Origenes homil. 1. in diuerſos, & hom. 8. in Lucam. S. Cypr. ſerm. de Chriſti Natiuit. Greg. Neocęſarienſis homil. in Annunciationē B. Mariæ Virg. S. Athan. in epiſt. ad Epictetum, & in Euang: de ſanctiſsima Deipara in fine. S. Baſil. in orat. ad Deiparam. S. Hiero. epiſt. 22. ad Euſtochium de cuſtodia Virginitatis c. 8. S. Ambroſ. in cap. 2. Lucæ. S. Chryſ. in Liturgia, & orat. in ſanctiſſ. Dei Genitricis Annunciat. S. Aug. in Enchir. cap. 36. & ſerm. 17. in Natali Domini. Chryſologus ſerm. 140. Hildephonſus Toletanus contra eos qui diſputant de perpetua Virginitat. Mariæ. Beda hom. ad Euang. in Feſto Annunciat. Mariæ. S. Damaſc. orat. 1. de Natiuit. Mariæ. Idiota Contemplat. de B. Maria Virg. cap. 1. 2. & 6. tom. 10. mag. Bibl. vet. Patr. S. Bern. ſerm. de B. Maria, & ſerm. 4. ſuper Salue Regina.

[b] Eucherius Lugdun. hom. in Euāg. fer. 4. Domin. 4. Aduen. S. Tho. 3. par. q. 27. ar. 3. & 5.

paranda erat vt eſſet Mater Dei.

Maiorem igitur, & perfectiorem potuit habere, ac recepit gratiam quando verbum de Spiritu Sancto in vtero concipiens, effecta eſt Mater Dei ſecundum carnem, cui etiam amore ſeruiens, & in tota vita ſe bonis operibus exercens, ad eam gratiæ plenitudinem perueniſſe dicenda eſt, qua maiorem nulla creatura receperit, vnam Chriſti Domini humanitatem ſi excipias, quæ Verbo in vnitate ſuppoſiti coniuncta fuit; & quæ eam gratiæ plenitudinem habuit, quam decebat Hominum, & Angelorum caput habere.

Quodq. diximus ex eo confirmari poſſe videtur, quia cum ſemper eius cor vigilaret ad Deum, non ocioſè gratiæ dona recepit; quibus cooperando, gratiæ incrementum promeruit.

Cuius gratiæ cumulum eum eſſe quidam dicunt, qui omnium Hominum [a] gratiam intenſione ſuperet, virtute excedat.

Quamobrem nec veniale peccatum [b] habuit, nec fuit in illa peccati fomes [c].

CA-

[a] Iuſtinus q. 136. Greg. Neocæſar. homil. in Annunciat. B. Mariæ Virg. S. Baſil. homil. in ſanctam Chriſti Natiu. S. Epiphan. ſerm. de laudib. Mariæ. Nazian. in Tragœdia de Chriſto patiente. S. Hieron. in ſerm. de Aſſumpt. Virg. to. 2. Chryſ. hom. in Hypopanten Domini. S. Aug. de natura & gratia cap. 36. Sophron. ſerm. de Aſſumpt. Mariæ. Theodor. lib. 3 n Cãr. Petrus Chryſol. ſerm. 152. Eucherius Lugdun. in Euang. ſer. 4. Dom. 4. Aduent. S. Greg. in lib. 1. Regum cap. 1. S. Damaſc. orat. 2. de Natiu. Mariæ. Idiota Contemplat. de B. Maria Virg. c. 2. to. 10. mag. Bibliot. vet. Patr. S. Anſel. cap. 18. de cõceptu Virginali, & peccato originali. S. Bern. ep. 174.

[b] Cant. 4. Conc. Triden. ſeſſ. 6. can. 23. S. Cypr. in ſerm. de Natiuit. Chriſti. S. Ambroſ. ſerm. 22. in Pſalm. 118. & lib. 2. de Virginib. Nyſſen. hom. 13. in Cant. S. Chryſ. hom. in Hypopanten Domini. S. Aug. de natura, & gratia cap. 36. S. Fulgent. in ſerm. de duplici Chriſti aduentu. Idiota Contemplat. de Beata Maria Virg. cap. 2. tom. 10. mag. Bibl. vet. Patr. S. Anſel. ad cap. 5. 2. ad Cor. & de Excellentia B. Virg. cap. 3. S. Bernar. ſerm. 2. de Aſſumpt. Mariæ, ſerm. 4. ſuper Salue Regina, & ep. 174. Magiſt in 3. diſt. 3. S. Thom. 3. par. q. 27. ar. 4. S. Bonau. in 3. diſt. 3. Scot. in 3. diſt. 3.

[c] Cant. 4. Ezechiel. 43. ex S. Tho. 3. p. q. 27. arr. 3. S. Cypr. in ſerm. de Natiuit. Chriſti. Cyrill. Hieroſol. catech. 17. Nazian. orat. 38. & 42. Sophronius in ep. ſynod. quæ habetur in 6. ſynod. act. 11. Damaſc. in orat. de Aſſum-

ptione.

S. Bern. in ſerm. circa illa verba, ſignum magnum.
Magiſt. in 3. diſt. 3.
S. Tho. 3. p. q. 27. ar. 3
S. Bonau. in 3. diſt. 3. art. 2. q. 2.
Scot. in 3. diſt. 3.
[a] Gen. 3. ex Irenæo lib. 4. cap. 78.
Tertull. lib. 3. contra Marcionem, & Cypriano lib. 2. ad Quirinũ cap. 9. Pſal. 131. ex Aug. in eund. locũ. Leuit. 12. ex Origene hom. 8. in Leuit. Baſilio in cap. 7. Iſaiæ, & Beda in cap. 2. Lucę. Iſa. 7. & 19. ex S. Hieron. & Cyrill. in eũd. locum, S. Ambroſ. de Inſtit. Virg. cap. 13. & S. Anſelm. in cap. 2. Matth. Ierem. 31. ex S. Hieron. ibi, S. Cyprian. ſerm. de Natiu. S. Auguſt. ſerm. 9. de Temp. & S. Bernar. hom. 2. in Miſſus eſt. Daniel. 2. ex Irenæo lib. 3. cap. 28. & Aug. Tract. 9. in Ioan.

CAPVT XVIII.

De Mariæ Matris Ieſu Virginitate.

DE ea in qua diuina diſpenſatione, gratia & dono ſuperante naturam, factum eſt vt de Spiritu Sancto Virgo conciperet, ſuſpicari ipſam aliquando non fuiſſe Virginem, Prophetarum prædictioni [a], Angelico [b] ſermoni, totius Eccleſiæ [c] conſenſui, quem omnes ſemper ſumma religione cuſtodierunt, aduerſatur.

Iſaiæ namq. 7. legitur. Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium. Quæ ſi poſt partum Virgo permanſit, poſtquam fuit deſponſata Ioſeph a multis diuino creditur conſilio conſen-

Prou. 30. ex S. Ambroſ. in lib. de Salomone. Ezech. 44. ex Hieron. ibid. & Aug. in ſerm. 14. de Natali Domini, qui eſt 18. de temp. [b] Matth. 1. Luc. 1. [c] Symb. Apoſtolorum. Concil. Epheſ. per totum. Concil. Calcedon. per totum. Quinta ſynodus can. 6. Sexta ſynod. act. 11. Septima ſynod. in epiſt. 1. Gregorij Papę de ſacris Imaginib. ad Leonem Iſaurum Imperatorem, & act. 3. in Confeſſ. Taraſij. Concil. Later. ſub Martino I. can. 1. Siricius Papa in ep. Decretali cum Cõcilio Romano. S. Damaſus in carminib. de Chriſto. S. Leo Mag. ep. 10. c. 1. & ſerm. 1. 2. 4. & 5. de Natiu. Hormiſda in ep. 1. ad Iuſtinianum Auguſtum cap. 3. Agapetus in ep. ad Antimum. S. Gregor. Mag. in lib. 1. Regum cap. 1. & hom. 26. in Euang. Alex. III. epiſt. 32. ad Soldanum Iconij Epiſcopum. Sixtus IV. in Decreto de Feſto Conceptionis Immaculatæ Virginis Mariæ. S. Ignatius in ep. ad Magneſianos, & Smyrnen. S. Dionyſ. in ep. 4. ad Caium. Iuſtinus in Dialogo cum Triphone longe poſt initiũ. Tertull. in Apolog. cap. 21. & lib. contra Iudæos cap. 9. Origenes hom. 1. ex varijs locis, hom. 8. in Leuit. & hom. 7. in Lucam. S. Cypr. lib. 2. contra Iudæos c. 9. Lactan. lib. 4. de vera ſapient. c. 12. Ire-

ſentiente ſponſo virginitatem [a] vouiſſe ex eo quod ab Angelo nunciante petierit [b]. Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?

Nec obſtat primo, quod in Epiſtola Apoſtoli 1. ad Timot. 5. legitur, quod vouentibus caſtitatem non ſolum nubere, ſed etiam velle nubere damnabile eſt [c].

Igitur ſi Virgo Ioſeph nupſit, virginitatem non vouit, quam vouere ante Chriſtum natum non licebat.

Deuteronomij enim 7. vtrique ſexui prohibebatur ſterilitas [d].

Nam qui virginitatem non minuit ſed ſacrauit [e] in Matre, cum ea voluit diſpenſatum eſſe poſt coniugium in virginitatis voto, quæ vir-

næus lib. 3. contra hæreſes cap. 9. 18. 21. 24. 26. & 27. Euſeb. lib. 7. demõſtr. cap. 2. & lib. 5. hiſtor. cap. 8. S. Athan. in epiſt. ad Epictetũ, & ſerm. de ſanctiſſ. Deipara. S. Hilar. li. 10. de Trin. S. Baſil. hom. 25. de humana Chriſti generatione, & in c. 7. Iſa. Cyrill. Hieroſol. catecheſi 12. orat. de occurſu Chriſti, & Simeone. Nazian. or. 36. de Natiu. or. 51. ad Chelidon. & in Tragœdia de Chriſto patiente. S Epiphan. hęreſi 30. propè finem & hęreſi 77. & 78. S. Ambroſ. &c. in Reſcripto ad Siricium Papam, quod habetur tom. 1. Conc. Gener. & Prouinc. par. 1. pag. 560. B, C, lib. 1. & 2. de Virginib. de Inſtit. Virginit. cap. 14. & lib. 2. in cap. 1. Lucæ. Nyſſen. orat. de ortu Saluatoris, & homil. 13. in Cant. S. Hieron. in cap. 7. Iſa. lib. 1. contra Iouinianum, cap. 18. & in Dialogo 2. contra Pelagianos. S. Chryſ. homil. 2. de ſymb. hom. de Ioanne Baptiſta, & hom. 5. in Matth. S. Aug. in lib. de nuptijs, & cõcupiſ. cap. 12. lib. de ſancta Virginit. cap. 4. & 6. epiſt. 30. in Enchir. cap. 34. ſerm. 2. 4. 7. 11. & 14. de Natiu. & ſerm. 11. 15. 18. 156. & 160. de temp. S. Cyrill. Alex. in lib. cõtra Anthropomorph. cap. 27. & hom. contra Neſtorium dicta in Conc. Epheſino. Theodor. ſerm. 10. de Prouidentia, & Dialogo 2. Iſidor. Peluſiota lib. 1. ep. 404. S. Fulgent. in ſerm. de laudib. Mariæ ex partu Saluatoris, ſerm. de duplici Chriſti Natiuit. in lib. de Incarnat. & gratia cap. 6. Petrus Chryſol. ſerm. 142. 143. 144. 145. 146. & 148. Hildephonſus Toletan. contra eos qui diſputant de perpetua Virginit. Mariæ. Iſidor. in lib. de Virginit. Mariæ, cap. 1. Beda hom. in Natiuit. omnium Sanctorum, homil. in Vigil. Paſchæ, & ad cap. 2. Lucæ. Damaſc. lib. 4. cap. 14. 15. & 25. Idiota Contemplat. de B. Maria Virgin. tom. 10. mag. Bibl. vet. Patr. S. Anſelm. in cap. 15. 1. ad Cor. & hom. in Euang. Lucæ cap. 10. S. Bern. ep. 174. hom. 72. in Cant. & ſerm. 4. in Vigil. Natalis Dñi. Magiſt. in 4. diſt. 28. S. Th. 3. p. q. 28. per tot. Bonau. in 4. diſt. 3.

[a] can. B. Maria 27. q. 2. S. Th. p. 3. q. 28. ar. 4.
[b] Luc. c. 1.
[c] can. Vouẽtib. 17. q. 1. & 27. q. 1. per tot. S. Hier. lib. 1. cõt. Iouinianum. S. Aug. lib. de bono Viduitatis cap. 9. Exod. 23. Deuter. 25. 1. Timot. 5. S. Hiero. in c. 56. Iſa. S. Aug. in lib. de bono coniugali c. 9. & lib. 14. cont. Fauſtum c. 13. S. Tho. 3. p. q. 28. ar. 4. ad 1.
[d] S. Tho. 3. p. q. 28. ar. 4.

virtute Spiritus ſancti erat conceptura Filium, cui poterat & in voto poſt deſponſationem conſentire Ioſeph, de quo ante cogitaſſet Virgo deſiderio [a] virginitatis ſemper oblectata.

Non obſtat ſecundo, quod fratres Chriſtus Dominus ſæpè habere legatur [b].

Nam Chriſtus Dominus in Scripturis habuiſſe fratres cum dicitur, Fratrum nomine intelliguntur ij qui erant ex eodem ſanguine [c] nati, vt conſobrini, & alij qui non ſunt fratres germani ex eodem Patre, & Matre immediatè nati; vt ex Scripturis [d] ſæpè videre eſt, & præſertim Geneſis cap. 13. vbi Abraham fratrem Loth vocat, qui tamen filius [e] fratris erat. Vt autẽ quæ de Genetricis Dei Mariæ Virginitate excitauimus difficultates, ſoluãtur melius,

QVAERITVR.

Vtrum inter Mariam & Ioſeph fuerit verum matrimonium.

REſpondetur dicendum. Inter Mariam & Ioſeph verum fuit Matrimonium [f].

Probatur ex ijs Scripturæ locis, in quibus Maria Dei Mater

[a] 27. q. 2. can. Beata Maria. S. Aug. in lib. de ſancta Virginitate c. 4. Beda in c. 1. Lucæ. Magiſt. in 4. diſt. 30. S. Tho. 3. p. q. 28. ar. 4 S. Bonau. in 4. diſt. 30. art. 1. q. 2. Scot. in 4. diſt. 7. q. 30

[b] Matth. 12. & 13. Marci 3. & 6. Lucæ 8. Ioan. 2. 7. & 10. 1. Corint. 9. Ad Galat. 1.

[c] Euſeb. Cęſar. lib. 2. Hiſtor. c. 1. & lib. 3. cap. 11. S. Hieron. in lib. contra Heluidium, & in c. 12. Matth. S. Aug. in lib. qq. ſuper Matth. q. vlt. lib. 22. contra Fauſtum c. 5. & 36. tract. 10. & 28. in Ioan. S. Chryſ. in c. 1. Act. hom. 5. 33. & 42. in Matth. & 47. in Ioan. Iſidor. in lib. de vita, & obitu SS. Patrum. Beda lib. 2. in Marcum c. 23. & lib. 3. in Lucam c. 30.

[d] Gen. 12. 20. & 29. S. Epiphan. hęreſi 29. S. Hieron. contra Heluidium. S. Aug. lib. 16. de Ciuit. Dei cap. 19.

[e] Gen. 12. & 14.

[f] Matth. 1. Lucæ 1. & 2. 27. q. 2. c. Beata Maria. Conc. Epheſ. p. 2. Act. 1. S. Ignatius Martyr in ep. ad Philadelph. Origenes hom. 6. in Lucam, hom. in c. 1. Matth. in illud, Cum eſſet deſponſata &c. & hom. 1. in diuerſos Euangeliſtas. S. Hilar. de Natiu. Chriſti in c. 1. Matth. S. Baſil. hom. 25. de hu-

ter coniux Ioſeph dicitur, & vice verſa, Ioſeph vir Mariæ aſſeritur.

In quem ſenſum in Concilijs, & extra recipiuntur ſcripturæ a Patribus.

Id autem ex eo confirmari poteſt, quia verum, & ratum Matrimonium conſenſu perficitur.

Quod ſi dicas. Hic conſenſus eſt vt per eũ vir in corpus mulieris poteſtatem habeat, & vice verſa, mulier in corpus viri.

Hic autem conſenſus non poteſt eſſe cum voluntate Virginitatis ſeruandæ. Nam qui coniugum vult virginitatem ſeruare, non vult alium in eius corpus poteſtatem habere.

Si ergo ante coniugium Dei Genitrix Virgo virginitatis amore illecta, eam ſemper cuſtodire optauit [a], non poterat ſui corporis dominium in alterius transferre poteſtatem.

Reſpondetur. Dei Genitrix Virgo ante coniugium deſiderio virginitatis conſeruandæ tenebatur.

Verum hoc deſiderium iuxta Dei voluntatem regendum [b] duxit, a cuius mandatis ſeu præceptis noluit vnquam recedere.

Quare dum nupſit iuxta Dei diſpoſitionem ſui corporis poteſtatem in Ioſeph coniugem tranſtulit, a Deo ſperans hac non vſurum po-

Ee teſtate

manaChriſti generat.
S. Ambroſ. lib. 2. in Lucam cap. 1. lib. 3. in cap. 3. in princip. & lib. de Inſtit. Virg. cap. 6.
Nyſſen. in diem Natalem D.N. Ieſu Chriſti circa medium.
S. Hieron. in cap. 1. Matth. ſup illud, Cum eſſet deſponſata, & in lib. contra Heluidiũ.
S. Chryſ. hom. 2. operis imperfecti in Matth. ſuper illa verba, Antequam conuenirent.
S. Aug. lib. 2. de conſenſu Euangeliſtarum cap. 1. lib. 1. de nuptijs, & concupiſcentia cap. 11. in lib. de ſãcta virginit. cap. 4. lib. 23. contra Fauſtũ cap. 8. & lib. 5. contra Iulianum Pelagianum cap. 9.
Eucherius Lugdunẽ. q. 2. in Matth.
Beda lib. 1. in Lucam cap. 8.
S. Bern. homil. 2. in Miſſus eſt.
Magiſt. in 4. diſt. 28. 29. & 30.
S. Thom. 3. p. q. 28. ar. 1. ar. 3. ad 2. & q. 29. ar. 1. & 2.
S. Bonau. in 4. diſt. 30
Scot. in 4. diſt. 30.
[a] Can. Beata Maria 27. q. 2.
S. Aug. in lib. de ſancta virginit. cap. 4.
Beda in cap. 1. Lucæ. Magiſt. in 4. diſtinct. 28. 29. & 30. S. Thom. 3. par. q. 28. ar. 4

[b] 27. q. 2. can. Beata Maria. S. Aug. in lib. de ſancta virginit. cap. 4. Magiſt. in 4. diſt 28. 29. & 30. S. Tho. 3. p. q. 28. ar. 4. in corp.

teſtate Ioſephum. Quod illi contigit adiuuante Deo in quo ſperauit, qui innoteſcere Ioſeph fecit, bonum eſſe ſi in votum [a] virginitatis Mariæ quæ ei deſponſata fuerat, conſentiret.

[a] S.Tho. 3. p. q. 28. ar. 4. in corp. & ad 1. & 3.

Quod probatum & confirmatum a Deo cognoſcere potuit quando per Angelum Mariam coniugem de Spiritu Sancto concepiſſe cognouit [b]. Sicut & ante Angelo reuelante in votum virginitatis Mariæ conſenſiſſe, credere par eſt [c].

[b] Matth. cap. 1.

[c] S.Tho. 3. p. q. 28. ar. 4.

Qui poſt Mariæ partum dum oculis Verbi carnem inſpexit, & Deum Hominem factum eius manus contrectauerunt [d], tanto credendus eſt fuiſſe virginitatis amore incenſus, vt delicias eius in amore virginitatis poſitas fuiſſe ſummo iure credere poſſimus.

[d] 1. Ioan. 1.

CAPVT XIX.

De Conceptione Saluatoris.

VERBVM Dei ſecundum carnem de Virgine conceptum, & factum Hominem quando Maria Virgo Angelo annuncianti [e] dixit, Ecce ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbum tuum,

[e] Lucæ 1. S.Hieron. ſerm. de Aſſumpt. Virginis in princip. S.Aug. in libello de Aſſumpt. B. Mariæ pit. 4. & ſerm. 14. de Natali Domini. S.Greg. hom. 34. in Euang. S.Thom. 3. p. q. 30. ar. 2. & ſeqq.

Ex

Ex Scripturis[a], & traditione ſemper Eccleſia credidit.

Quam Verbi ſecundum carnem conceptionem vt intelligamus magis,

QVÆRITVR PRIMO.

Vtrum caro Chriſti fuerit ſumpta de Adam.

AD quæſitum intelligendum, Animaduertendũ eſt vno modo carnem ab aliquo deſumptam dici, quę eſt ab aliquo immediatè per generationem, vt caro filij dicitur deſumpta ex Patre immediatè.

Alio modo dicitur aliquis eſſe ex ſemine alterius, quia per lineam rectam ab illo deſcendit[b], & originem trahit per veram generationem non immediatè, ſed mediatè & per alium; vt Nepos dicitur ex Aui ſemine natus.

His poſitis,

Quæſito reſpondetur dicendũ. Caro Chriſti fuit ſumpta de Adam[c] mediatè non autem immediatè.

Probatur. Nam caro Chriſti ſumpta eſt ex ſemine Dauid[d], & Abrahæ[e], producta generatione vſque ad Ioſeph virum Mariæ, de

[a] Matth. 1. Lucæ 1. Ioan. 1.

[b] S.Tho.3. p. q.31. art.1.

[c] Matth. 1. Lucę 3. S.Aug lib.13. de Trinit.cap.18. Euſeb. Epiſc.Gallicanus homil.ad Populũ in Natiu. S.Mariæ to.5.mag.Bibl.vet.Patr. par.1. S.Tho.3.p.q.4.ar.6. & q.31.art.1.

[d] 2.Reg.7. 1.Paralip.17. Pſal.88.& 131. Iſa.9. Ierem.33. Michææ 5. Matth. 1.12. 20.21. & 22. Marc. 12. Lucæ 1.& 3. Ioan.7. Ad Rom. 1. S.Chryſ.hom.2. in cap.1. Matth. S. Aug. de conſenſu Euang.lib.2.cap.3.& 4.& q. 47. in lib.Iudic. Iſidor.Peluſiota lib.1 epiſt. ep.478.

[e] Geneſ. 12.13. 15. 22.& 26. Eccleſ.44. Matth. 1. Lucæ 3. Act. 3. Ad Galat. 3. Ad Hebr. 2. S. Hieron. in cap. 1. Matth. S.Tho. 3.p. q.31.art. 1.& 2.

qua natus eſt IESVS qui vocatur Chriſtus.

Non igitur fuit immediatè deſumpta ex ſemine Adæ, cuius mors tot annorum ſæculis Chriſti Domini conceptionem præceſſit.

Dicitur ergo tota Hominum ſubſtãtiæ corporeæ [a] maſſa fuiſſe in Adam; quia communicata eſt illis ab Adam tanquam a primo principio [b] generationis, quæ aucta in poſteris, eſt dilatata in omnes.

Nec tamen hinc inferre potes, in Chriſti Domini carne neceſſitatem fuiſſe originale contrahendi peccatum.

Corpulenta namque ſubſtantia ex Adam ſumpta peccati originalis maculam [c] non inducit, niſi virtute ſeminis agentis quod maris eſt, & efformantis corpus, fueritcommunicata.

Verum Chriſti Domini corpus ex puriſſimis [d] Mariæ Virginis ſanguinibus Spiritus Sancti virtute [e] formatum fuit: & ideo Chriſti anima virtute Spiritus Sancti efformato corpori adueniens, peccati originalis maculam non contraxit, nec contrahere debuit.

OBIICIES PRIMO.

SI caro Chriſti ſumpta eſſet ex Adam [f]; quia ſumpta eſt ex Dauid [g] qui in genealogia Chriſti Domini ponitur, Iechonias etiam Chriſti Domini Pater diceretur, & habuiſſet

[a] S.Tho. 3. p. q. 31. art. 1.

[b] S.Tho. p. p. q. 92. art. 3. ad 2. & 3. par. q. 31. art. 5. ad 2.

[c] S.Tho. 3. p. q. 31. ar. 1. ad 3.

[d] S.Damaſc. li. 3. orthod. fid. cap. 2. S.Th. 3. p. q. 30. ar. 2. ad 2. & q. 31. ar. 5.

[e] Matth. 1. Lucæ 1. S.Aug. in Enchir. S.Damaſc. lib. 3. orthod. fid. cap. 2. S.Tho. 3. p. q. 4. ar. 6. q. 29. art. 1. ad 2. q. 30. art. 2. ad 2. q. 31. art. 1. ad 1. & 2. & q. 32. ar. 1. & 2.

[f] S.Tho. 3. p. q. 31. art. 1.

[g] Iſa. 9. Matth. 1. Lucæ 1. & 3. Ad Rom. 1.

buiſſet ex ſemine ſuo Filium qui ſediſſet ſuper ſolium Dauid, Chriſtum nempè Dominum, vt habetur Lucæ 1.

At Iechonias Ierem. 22. & ſterilis dicitur, & de eius ſemine negatur futurus vir qui ſedere debeat ſuper ſolium Dauid.

Reſpondetur. Iechonias dictus fuiſſe ſterilis, quamuis genuerit Salatiel, & alios ſeptem in Babilonis captiuitate, vt habetur primo Paralip. 3. quia nemo [a] illorum qui ab illo traxerunt originem ſucceſſit in Regno.

Chriſtus autem IESVS quamuis ſit Filius Iechoniæ [b] vtpote ex ſemine eius ſecundum carnem procedens, de quo dixit Angelus [c], Dabit ei Dominus Deus ſedem Dauid patris eius:

Hoc principaliter non eſt temporale Regnum.

Nam Filius Dei Rex [d] Regum, & Dominus Dominantium licet a Patre omnem receperit poteſtatem; principalis tamen iuriſdictio, Regnum, dominium, & auctoritas quã exercuit in domo Iacob, non temporalis, ſed ſpiritualis [e] fuit.

a S.Ambroſ. lib. 3. in Lucam cap. 1. S.Hieron. in cap. 22. Ierem.

b Matth. cap. 1. S. Ambroſ. lib. 3. in Lucam circa finem. S.Thom. 3. p. q. 31. ar. 2. ad 3.

c Lucæ 1. Iſa. 9.

d Pſ. 2. 8. 24. & 109. Ezech. 37. Iſa. 9. Ierem. 13. Michææ 5. Matth. 17. 27. & 28. Marc. 11. Luc. 1. & 19. Ioan. 5. 12. & 18. Act. 10. 1. Cor. 15. Ad Hebr. 2. Apoc. 1. & 19. S.Athan. in ſerm. de ſanctiſſ. Deipara poſt medium. S.Hilar. in illud Pſal. 2. Ego autem conſtitutus ſum Rex. Naziã. or. 36. quę eſt 4. de Theologia n. 12. S.Epiph. hæreſi 29. S.Chryſ. homil. 82. in Ioan. S.Aug. Tract. 115. in Ioan. explicans illud Pſal. 2. Ego autem conſtitutus ſum Rex. S.Cyrill. lib. 4. in Iſa. cap. 41. S.Greg. hom. 8. in Euang. S.Damaſc. lib. 4. de fide cap. 15. Nicetas in orat. 42. Nazianzeni. S.Bernar. lib. 3. de conſid. ad Eugen. cap. 1.

e Pſal. 2. Ezech. 21. & Ierem. 22. ex S. Hieronymo in eiſd. locis. Lucæ 23. S.Hilar. in Pſalm. 131. & 144. S. Athan. ſerm. 3. contra Arianos explicans illud Act. 2. Quia Dominum eum, & Chriſtum fecit Deus. S.Baſil. in illud Luc. 1. Dabit ei Dominus. S. Ambroſ. lib. 3. in Lucam non longè à fine. S.Aug. Tract. 13. 14. & 51. in Ioan. & lib. 17. de Ciu. Dei cap. 6. 7. & ſeqq. Beda in illud Pſal. 5. Intende voci meæ, & in illud Lucæ 1. Dabit ei Dominus ſedem Dauid. S.Bernar. hom. 4. ſuper Miſſus eſt.

Venit

a Matth. 15. Lucæ 4. Ad Rom. 15. S.Tho.3.p.q.47.a.4. b Gen. 37. c Ioan. 18. S. Chryſ. homil. 82. in Ioan. S. Aug. tract.115.in Ioan. S. Cyrill. lib.12.in Ioan. c.10.& 12. S. Leo ſerm. 4. de Epiphania. S. Gregor.hom.8. in Euang. S. Thom. 3. p. q.36. ar.2. ad 3.

Venit enim vt ſaluaret primò [a] Populum Iſrael, quæ eſt domus Iacob [b].

Et ideo Chriſtus Dominus dixit [c], Regnum meum non eſt de hoc mundo; quia qua ratione in Mundum a Patre miſſus fuerat, principale eius Regnum fuit peccati Regnum deſtruere, a ſeruitute peccati liberare, terrenos Homines affectu cæleſtes reddere.

OBIICIES SECVNDO.

d Lucæ 1. S.Thom.3.par.q. 31. ar.2. in 2. arg. e S. Hilar. can.1. in Matth. Nazianz. in carm. de genealog. Saluatoris. S.Epiphan.hęreſi 78. poſt medium. S.Ambroſ. lib.3.in Lucam,& lib. de Benedictìon. Patriarch. cap. 3. & 4. S.Aug.li.83.qq.q.61. S.Thom. 3. p. q. 29. art.1. ad 4. & q.31. ar. 3. ad 3. S.Bonau.in 4.diſt.30. ar.1. q.2. in fine. f Exodi 6. 2. Paralip. 2. Lucæ 1. S. Ambroſ. lib. 3. in Lucam. S. Aug.lib.23.contra Fauſtum cap. 9. Nicephor. lib.2. Hiſtor. cap.3. S.Tho.3.p. q.31. ar. 2.ad 2.

IDeo caro Chriſti ex Adam deſumpta dicitur, quia per Dauid Chriſtus Dominus ex Maria Virgine Matre genitus eſt.

Sed Dei genitrix Virgo cognata cum legatur Eliſabeth [d] quæ erat de filiabus Aaron Summi Sacerdotis, non de tribu Iuda, ſed Leui [e] fuiſſe videtur.

Non poſſumus igitur certo affirmare deſumptam a Domino carnem ex Adam, quia eſt ex Dauid ſumpta.

Reſpondetur, Virginem Matrem dici poſſe Eliſabeth cognatam, quia non erat interdictum [f] his duabus Tribubus inter ſe inire coniugia, vt ex Sacerdotali, ac Regali tribu ortum duceret Homo ille ſecundum carnem, qui & Rex Regum fuit, & in æternum etiam Summus Sacerdos permanet.

OBII-

OBIICIES TERTIO.

DAuid fuit Pater [a] Ioſeph, non autem Mariæ Matris.

Sed Chriſtus Dominus virtute [b] Spiritus ſancti ex puriſsimis Mariæ virginis ſanguinibus carnem ſumpſit.

Non igitur certum eſt quomodo æterni Patris Filius ex Adam carnem ſumere potuerit.

Reſpondetur. Chriſtus Dominus ex Virgine Matre carnem ſumens, ex Adam etiam ſumpſit, & ex ſemine Dauid; quia Ioſeph vir eius ſicut & ipſa de Tribu erant Iudæ [c] ambo ex Dauid ortum habentes.

Nec inter ſe differunt Euangeliſtæ ſancti, ex eo quod Matthæus [d] patrem Ioſeph dicat Iacob, cum tamen Ioſepho det Lucas [e] patrem Heli.

Nam huic difficultati reſpondent multi [f], Heli fuiſſe fratrem primogenitum Iacob, quo mortuo abſque liberis vxore ſuperſtite, eam ſumpſit Iacob, vt ſecundum legem ſuſcitaret ſemen demortui fratris, ex

qua

[a] Matth. 1. Lucæ 3. Origen. ſuper ep. ad Rom. S. Aug. lib. 2. de conſenſu Euangel. c. 2.
[b] Matth. 1. Lucæ 1. S. Tho. 3. p. q. 31. ar. 5. & q. 32. ar. 1. & 2.
[c] Gen. 29. 2. Reg. 7. Pſal. 131. Iſa. 11. Matth. 1. 11. & 22. Marci 12. Lucæ 1. & 20. Ioan. 7. Act. 2. Ad Rom. 1. Apocalip. 5. Tertull. lib. de carne Chriſti cap. 21. Euſeb. Cæſar. lib. 3. Hiſtor. cap. 11. & 15. & lib. 7. de demonſt. Euang. c. 5. & 6. S. Athan. lib. 1. de hum. natura ſuſcepta. S. Ambroſ. lib. 3. in Lucam. S. Hieron. ſuper c. 1. Matth. circa finem, in cap. 22. Ierem. & in cap. 4. Zachar. S. Aug. lib. 23. contra Fauſtum cap. 8. 9. & 10. lib. 1. qq. veteris, & noui Teſtam. q. 56. & lib. 2. q. 6. Theodor. in cap. 22. Ierem. Euſeb. Emiſſ. hom. de Natiu. Mariæ. S. Damaſc. lib. 4. de Fid. cap. 15. S. Bernar. in ſerm. ſignum magnum. S. Tho. 3. p. q. 31. a. 1. 2. & 3.

[d] cap. 1. [e] cap. 3. [f] Iuſtinus Martyr q. 131. ad gentes. Euſeb. Cæſar. lib. 1. Hiſtor. Eccleſ. cap. 6. & 7. Nazianz. in carm. de genealogia Saluatoris. S. Ambroſ. lib. 3. in Lucam circa med. S. Hieron. in c. 1. Matth. & de viris illuſtribus. S. Auguſt. lib. 2. qq. Euang. q. 5. lib. 2. de conſenſu Euangeliſt. cap. 3. & 4. lib. 8. Re-

tract.c.7.12.& 55.
Beda c.15.in Lucam.
Damaſc. lib.4. orth. Fid. cap. 15.
Niceph.lib.1.hiſtor. cap. 11.
S.Anſel.in c.1.Matth. & in c. 3. Lucæ.
S.Tho.3 p.q.31.ar.2. ad 2.

qua genuit Ioſephum, qui dicitur filius Heli ſecundum legem; quamuis natura ſit filius Iacob.

QVAERITVR II.

Vtrum Corpus Chriſti de puriſsimis ſanguinibus Virginis formatum fuerit.

RESpondetur dicendum. Corpus Chriſti ex caſtiſsimis, & puriſſimis Virginis ſanguinibus [a] formatum fuit.

[a] Sexta Synod. gen. act. 11.
S. Aug.lib.83.qq.56.
Sophronius in ep. Synod. quæ habetur in 6. Synodo act.11.
S. Damaſc. lib.3. orthod. Fid. cap.2.
S.Tho.3.p.q.30.a.2. ad 2. & q.31. ar.5.

Probatur. Corpus Chriſti eiuſdem naturæ eſt cum corporibus cæterorum Hominum.

Sed corpora cæterorum Hominum ex ſanguinibus Matris qui ſunt materia quam præbet Mater, efformantur.

Igitur & corpus Chriſti ex Matris ſanguinibus debuit efformari, ſublatis ijs quæ in cæteris fœminis corruptionem carnis inducunt, ad quam neceſſitas ſequitur originalis peccati maculam contrahendi; quæ in Chriſto Domino de Spiritu ſancto cõcepto qui venit ſaluum facere quod perierat, humanum genus a peccatis redimens, non poterat reperiri.

Fuit igitur ex puriſsimis Virginis Matris ſanguinibus Chriſti corpus efformatum.

Cuius

Cuius caro in patribus obnoxia [a] fuiſſe peccato dicitur; quia caro [b] patrum obnoxia peccato fuit.

QVÆRITVR III.

Vtrum Chriſtus Dominus conceptus ſit de Spiritu ſancto.

Conceptionis nomine hic ea ſumitur corporis efformatio cum qua ſimul coniuncta eſt Animæ infuſio, & vnionis hypoſtaticæ productio, per quam Verbum ſecundum carnem conceptum legitur.

Et hæc æterni Verbi ſecundum carnem conceptio quatenus eſt viſibilis Filij Dei miſſio, a ſolo Patre eſt, a quo tantum mittitur [c] Filius cum ab ipſo ſolo [d] procedat.

Dicendum tamen eſt, Vnigenitus Dei Filius Chriſtus Dominus ſecundum carnem de Spiritu ſancto [e] verè conceptus dicitur.

[a] Origen. hom. 28. in Lucam. S. Hieron. in cap. 1. Matth. Magiſt. in 3. diſt. 3. S.Tho. 3.p.q.30.a.7. & 8.in 3.arg.& ad 3.

[b] S.Tho. 3.p. q.31. ar. 7. & 8. ad 3.

[c] Ioan. 8. Ad Galat. 4. S. Aug. lib.4. de Trinit. cap.20. S. Tho. p. 1. q. 43. ar. 1. & ſeqq. & 3.p. q.32. ar.1. in 2.arg. & ad 2.

[d] Matth. 3. & 17. Lucæ 3. Ioan. 1. 5.7. & 8. 2. Petri 1. Concil. Nicænum in Symbolo. S. Athan. in Symb. S. Aug. lib.4.de Trinit.cap.20.lib.5.c.5. & 6. tract.1.& 31.in Ioan. & lib.2.contra Maximin. c.4. Beda in c.7.& 8.Io. S. Tho. p.1.q.27. & deinceps.

[e] Matth. 1. Lucæ 1. Ioan. 3. Rom.1. 1. Cor. 12. Ad Galat. 4. Symb. Apoſtol. S. Cyprian. in ſerm. de Natiu. Nazianz. orat. 2. de Paſcha. S. Baſil. hom. de humana Chriſti gener. S. Ambroſ. lib. 2. de Spiritu ſancto cap.5. & in lib. de Myſterijs c.3. Nyſſen. orat. de ſancta Chriſti Natiuit. poſt medium. S. Chryſ. hom. 1. operis imperf. in Matth. S. Auguſt. in Enchir. c. 40. S. Martinus Epiſcopus Turonen. in profeſs. Fidei tom. 4. mag. Bibliot. vet. Patrum. S. Optatus Mileuit. de ſchiſmate Donatiſtarum adu. Parmenium, lib. 1. tom. 4. mag. Bibliot. vet. Patrum. S. Greg. lib. 18. Moral. c. 12. Beda in cap. 1. Lucæ. S. Damaſc. lib. 3. orthod. Fid. cap. 1. & 2. S. Bernar. hom. 4. in Miſſus eſt. Magiſt. in 3. diſt. 4. S.Tho. 3. p. q. 32. ar. 1. & ſeqq. S. Bonau. in 3. diſt. 4. Scot. in 3. diſt. 4.

Probatur; quia Filius Dei ſecundum carnem ideo de Spiritu ſancto conceptus dicitur; quia corpus eius abſque viri opera diuina virtute ex puriſsimis Virginis Matris ſanguinibus temporis momento ita formatum fuit, vt ſimul ei anima coniuncta fuerit, quæ vna cum corpore eodem inſtanti Verbo fuit vnita. ex qua coniunctione factum eſt vt Deus ſit Homo, & Homo Deus.

Verum hoc & prædixerunt [a] Prophetæ, manifeſtauit Angelus [b], Eccleſia [c] credit.

De Spiritu ſancto igitur Vnigenitus Dei Filius ſecundum carnem conceptus verè dicitur; quamuis a tota Trinitate [d] eius corpus efformatum fuerit, producta anima, & vnita corpori, quod ſimul cum anima fuit a Verbo aſſumptum: nam quæ amoris ſunt opera, quamuis a tota ſint Trinitate, Spiritui tamen ſancto per appropriationem, vti loquuntur Theologi, tribuuntur [e].

QVÆRITVR IV.

Vtrum Beata Virgo ſit Mater Dei.

REſpondetur dicendum. Beata Virgo Dei Mater [f] eſt.

Probatur. Ea Mulier Mater dicitur quæ concipit & parit Filium.

At

[a] Iſaiæ 7. Ezech. 44. ex S. Aug. ſerm. 14. de Natali Domini, qui eſt 18. de temp. & S. Tho. 3. p. q. 28. ar. 3.
[b] Matth. 1. Lucæ 1.
[c] Concil. Later. ſub Martino I. can. 2. & 3 Concil. Tolet. 11. in profeſs. Fidei. Catechiſmus Romanus in explicat. ar. 3. Symb. Apoſt. S. Hieron. in Expoſit. cath. Fid. tom. 2. S. Auguſt. in Enchir. cap. 38. S. Leo ep. 10. ad Flauianum, & ep. 13. ad Pulcheriam Auguſtã. S. Tho. 3. p. q. 32. ar. 1. 2. & ſeqq.
[d] Conc. Tolet. 6. c. 1. Concil. Tolet. 11. in profeſs. Fidei. Conc. Tolet. 16. in profeſs. Fidei. Concil. Florentinum ſub Eugenio IV. ſeſſ. 25. cap. 6. Catechiſmus Romanus in explicat. art. 3. Symb. Apoſt. S. Aug. lib. 1. de Trin. cap. 4. & 5. S. Tho. 3. p. q. 32 a. 1.
[e] 1. Corint. 12. S. Tho. p. 1. q. 37. a. 1. & 3. p. q. 32. ar. 1.
[f] Iſa. 7. & 11. Matth. 1. & 12. Lucæ 1. & 2. Ioan. 2. & 19. Ad Rom. 1. & 9. Ad Galat. 4. Concilium Epheſi.

At Beata Virgo concepit & peperit Filium Dei qui eſt Deus.

Ergo Beata Virgo Mater eſt Dei.

Probatur minor. Ideo namque cæteræ mulieres concipere dicuntur filios, quia ſuppeditant materiam, quæ in earum viſceribus diſpoſita eſt vt ſit apta materia fœtus, qui virtute ſeminis viri in corpus efformatur humanum.

Sed glorioſa Virgo puriſſimos diſpoſuit ſanguines, ex quibus virtute Spiritus ſancti in vtero eius efformatum eſt corpus quod Anima rationali animatum fuit, & ſimul cum Anima a Verbo aſſumptum, quod eſt ſuppoſitum illud quod ſecundum carnem generatur.

Illud igitur genuit, & peperit. Sed Verbum eſt Filius Dei [a], & Deus [a].

Concepit igitur Virgo Dei Filium ſecundum carnem, materiam ſubminiſtrans quam diſpoſuerat.

num per totum. Conc. Chalced. multis in locis. Sexta Synod. act. 4. & 11. S. Dionyſ. in epiſt. ad Caium. Iuſtinus Martyr q. 15. ad Orthodoxos. Irenæus lib. 3. contra hæreſes c. 27. & 32. Tertull. lib. 5. contra Marcionem c. 8. lib. contra Iudęos c. 9. & lib. de carne Chriſti cap. 7. S. Cyprian. ſerm. de Paſsione Domini, & in lib. de Cardinalibus Chriſti operibus c. de Reſurr. Chriſti. S. Epiphan. lib. 3. hæreſi 78. Nazian. orat. 51. S. Ambroſ. in lib. de Benedictionibus Patriarcharum c. 4. lib. 2. de Spiritu ſancto c. 5. de Inſtit. Virgin. c. 9. & lib. 10. ep. 82. S. Hieron. in cap. 7. & 11. Iſa. & tom. 1. ep. 47. de vitando ſuſpecto contubernio. S. Chryſ. hom. 84. in Ioan. hom. 30. & 45. in Matth. & in Pſal. 21. S. Auguſt. ſerm. 3. de Temp. tract. 8. & 119. in Ioan. in lib. de Fid. & Symb. c. 4. lib. de S. Virginit. c. 3. & ſerm. 2. de Annunciat. S. Cyrill. Alex. hom. 6. contra Neſtorium, in lib. de Fide ad Reginas, & lib. 12. in Ioan. c. 34. Caſſianus lib. 1. & 2. de Incarnat. S. Proclus hom. de Ieſu Chriſti Natiuit. S. Leo ſerm. 4. de Natiu. & ep. 83. & 97. Vincentius Lyrinen. adu. hæreſes c. 21. S. Greg. lib. 9. Regiſtri ep. 61. & lib. 18. moral. c. 27. alias 35. S. Damaſc. lib. 3. orthod. Fid. cap. 2. & 12. S. Tho. 3. p. q. 30. ar. 2. ad 2. q. 31. ar. 5. q. 32. ar. 3. & 4. & q. 35. ar. 3. & 4.

[a] Matt. 8. Ioan. 1. Lucæ 2. Conc. Nicæn. per tot. Conc. Sardic. in ep. ad omnes Epiſc. Quinta Synod. collat. 6. Alexander Epiſcopus Alexandriæ ep. 1. & 2. in Conc. Nicæno. S. Athan. in ep. contra hæreticos. Nazian. orat. 36. de Filio. S. Baſil. hom. de Fid. & lib. 2. contra Eunom. Nyſſenus ep. adu. Apollinarem. S. Aug. lib. 7. de Trinit. c. 2. & lib. 15. c. 14. S. Cyrill. lib. 2. Theſau. c. 2. & lib. 5. c. 7. Beda in c. 8. Ioan. S. Leo ſerm. de Transfig. Domini, & tract. adu. errores Eutychetis. S. Damaſc. lib. 1. de Fide cap. 6. & 9. S. Bernar. ſerm. 3. in Vigilia Natalis Domini.

Quem Filium cum genuerit, & pepererit, illius eſt dicenda Mater. Illum namque Spiritu ſancto operante concepit, ac peperit.

OBIIÇIES PRIMO.

Virgo Maria eum concepit, & peperit, cui ſuppeditauit materiam [a] iuxta modum ſupra expoſitum.

Sed Homini ſuppeditauit materiam.

Hominem igitur concepit, quem & genuit & peperit.

Ergo & Hominis tantum Mater eſt; quia illum tantum genuit.

Reſpondetur, conceſſa maiori, & minori, ac prima conſequentia, quod ſcilicet Beata Virgo hominem genuerit, cuius eſt Mater.

Negatur ſecunda cōſequentia, quod Deum [b] non genuerit.

Nam ille Homo quem Virgo genuit, Filius Dei eſt, & Deus. & ideo cum hominem hunc ſcilicet Chriſtum genuerit, qui eſt Filius Dei; Deum etiam genuit, & illius eſt Mater.

Non eſt enim in Chriſto Domino alius [c] Filius Hominis, & alius [c] Filius Dei; ſed vnus eſt Filius in duabus ſubſiſtens naturis, humana nempe, atque diuina.

Qui cum ſecundum Deitatem a Patre ſit genitus ab æterno ſine [d] Matre;

In

[a] S.Tho. 3. p. q. 31. ar. 3. ad 1. & ar. 4. & q. 35. ar. 3. & 4.

[b] Matth. 1. Lucæ 1. & 2. Conc. Epheſ. can. 1. S.Thom. 3. p. q. 35. ar. 4.

[c] S. Hilar. lib. 9. de Trinitate. Nazian. in ep. ad Didymum. S.Leo ep. 97. ad Leonem Auguſtum. S.Tho. 3. p. q. 2. ar. 3. ad 1. & q. 35. art. 5.

[d] S.Tho. 3. p. q. 32. ar. 3. & q. 35. ar. 4. & 5.

In tempore virtute Spiritus ſancti ſecundum carnem conceptus eſt ex Matre ſine [a] Patre.

Et ideo Virgo ſanctiſsima Dei genitrix & Mater dicitur.

Actiones namque, ac paſsiones de ſuppoſitis ſeu perſonis prædicantur [b] in quibus ſubſiſtunt naturæ; vt etiam videre eſt ex Philoſopho tum alibi [c], tum libro primo de Anima text. *64*.

Ergo ſi glorioſa Virgo materiam ſuppeditauit, & diſpoſuit ex qua conceptus ac genitus eſt Homo qui eſt Deus; non ſolum Hominis, ſed & Dei Mater dicenda eſt.

Nam neque in generatione puri Hominis Pater, aut Mater Animam producunt quæ eſt formalis ratio [d] conſtitutiua Hominis; & tamen Pater, & Mater illius ſunt Hominis in cuius generationem materiam ſuppeditarunt, diſpoſuerunt, & efformarunt tantum, non producentes intelligentem Animam quæ eſt ratio formalis conſtitutiua Hominis.

Si igitur Beata Virgo illius Hominis Mater [e] eſt qui ſuppoſito, hypoſtaſi, & perſona non diſtinguitur a Verbo, etiam Verbi qui eſt Deus, & Dei ipſius Mater erit ſecundum temporalem generationem quæ eſt ſecundum carnem ſeu humanitatem, non autem ſecundum Deitatem ſeu naturam diuinam.

[a] Matth. 1. Lucæ 1. & 2. Ad Galat. 4. Ad Hebr. 7. Nazianz. orat. 38. in principio. S. Ambroſ. ep. 82. S. Chryſ. hom. 12. in ep. ad Hebr. S. Tho. 3. p. q. 35. a. 4. & 5.

[b] Conc. Florent. ſeſſ. 18. & 19. S. Damaſc. lib. 3. de Fid. cap. 15. S. Tho. p. 1. q 29. a. 1. q. 40. art. 1. ad 3. & ar. 2. 2. 2. q. 58. ar. 2. & 3. p. q. 2. ar. 3. q. 3. ar. 1. q. 19. ar. 1. & q. 20. ar. 1. Scot. in 1. diſt. 12. q. 1. §. Item actio, & in 3. diſt. 2. q. 1. §. Contra hoc arguo 1. Bellarm. tom. 1. controu. lib. 2. de Chriſto cap. 15.

[c] lib. 1. meth. in principio.

[d] Ariſtot. lib. 2. de Anima tex. 4. 5. 6. & 24. & lib. 12. meth. tex. 16. Conc. Viennenſe ſub Clemente V. §. Porrò, de ſumma Trinitate, & Fid. cath. Conc. Later. ſub Leone X. ſeſſ. 8. S. Tho. 3. p. q. 50. ar. 3. in 3. arg.

[e] S. Aug. in Enchir. cap. 38. S. Tho. 3. p. q. 35. ar. 3. 4. & 5.

OBII-

OBIICIES SECVNDO.

TOta Trinitas Pater nempe Filius, & Spiritus ſanctus efficiens principium [a] ſunt non ſolum corporis, ſed & Animæ, totius humanitatis, & hypoſtaticæ vnionis.

Tota igitur Trinitas Filij Dei Pater eſt, atque ita etiam Filius ſui ipſius Pater erit,

Reſpondetur, omnes Homines tanquam ab efficienti principio a tota Trinitate pendere, a qua è nihilo educti totam recepere ſubſtantiam; ſecundum quam rationem aliquo modo dicuntur Filij [b] per creationem ipſius Dei; & per conſequens Patris, Filij, & Spiritus ſancti, qui ſunt vnus Deus rerum omnium ſecundum quamcunque rationem efficiens [c] principium, etiāſi ipſæ careant anima, vt lapides, & pluuiæ.

Nihil enim eſt per participationem exiſtens quod non ſit tanquam ab efficienti principio ab exiſtenti per eſſentiam.

At per veram generationem viuentium non eſt Chriſtus Dominus qua ratione homo a Deo [d] procedens.

Eſt enim generatio origo [e] viuentis a viuente principio coniuncto in ſimilitudinem naturæ.

Quod Filio ſecundum carnem naſcenti non conuenit [f].

CAP.

[a] Conc. Tolet. 6. c. 1. Concil. Tolet. 11. in profeſſ. Fid. Concil. Tolet. 16. in profeſſ. Fidei. Concil. Florentinum ſub Eugenio IV. ſeſſ. 25. cap. 6. Catechiſmus Romanus in explicat. art. 3. Symb. Apoſt. S. Thom. 3. p. q 32. art. 1.

[b] S. Tho. 3. p. q. 32. art. 3.

[c] Eſther 13. 2. Machab. 1. S. Dionyſ. c. 1. de diu. nominib. S. Hyppolitus Martyr Epiſcop. Portuen. de Theologia, & Incarn. contra Beronem, & Helicen hæreticos c. 1. tom. 3. mag. Bibl. veterum Patrum. S. Cyprian. de Idolorum vanit. Lactan. lib. 1. Inſtit. cap. 3. S. Athan. orat. contra Idola. S. Hilar. ad Pſal. 134. Nazian. orat. 49. S. Ambr. ad c. 9. Lucę. S. Bonau. in 1. diſt. 2. art. 1. q. 1. & in 3. diſt. 14. ar. 1. q. 2.

[d] S. Tho. 3. p. q. 32. art. 3.

[e] S. Tho. p. p. q. 27. art. 2. Nos ſupra tract. 2. de Deo Trino cap. 1. quæſ. 2.

[f] S. Tho. 3. p. q. 32. art. 3.

CAPVT XX.

De Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum carnem.

NAtiuitas qua ratione a conceptione diſtinguitur, partus eſt, quo in vtero Matris efformatus fœtus, & in ſpeciem hominis perfectè redactus, in lucem editur: de qua

QVÆRITVR PRIMO.

Vtrum Filio Dei in tèmpore naſci ſecundum carnem conueniat.

REſpondetur dicendum. Fide credendum eſt, Dei Filium ſecundum carnem in tempore [a] natum.

Probatur ex ijs Scripturæ [b] locis quibus in veteri Teſtamento prædicta eſt per Moyſen, & Prophetas Domini noſtri ſecundum

[a] Conc. Chalcedon. in confeſs. F.d. Quinta Synod. collat. 8. can. 3. Sexta Synod. c. 8. & act. 11. in epiſt. Sophronij. Conc. Later. ſub Martino I. conſultat. 5. can. 3. & 4. Theleſphorus Papa in ſua ep. decret. c. 2. Clemens Alex. lib. 1. ſtromat. verſus finem. Euſeb. in Chronico. S. Athanaſ. q. 17. ad Antiochum. S. Epiphan. hęreſi 51. S. Hieron. in cap. 1. Ezech. & in c. 2. Iſa. Chryſ. homil. 1. in Lucam. S. Aug. lib. 4. de Trin. c. 5. in enar. Pſ. 132. circa finem; in ſerm. de Natiu. Domini, & lib. 83. qq. q. 56. Oroſius lib. 7. Hiſtor. cap. 2. S. Cyrill. lib. 6. in Iulianum. S. Leo Mag. in ſerm. de Natiuit. Domini, in die Circũciſionis, & in die Epiphaniæ. Sophronius in orat. de Natali Chriſti. S. Fulgent. in lib. de Fide ad Petrum c. 2. S. Damaſc. lib. 3. de Fid. c. 7. & lib. 4. c. 15. Nicephor. lib. 1. Hiſtor. c. 2. & lib. 2. c. 3. Beda in cap. 2. Lucæ. S. Bern. hom. 3. de Natiuit. Domini. S. Tho. 3. p. q. 36. ar. 8. Baronius in apparatu ſuorum Annalium.

[b] Gen. 49. Sapient. 18. Iſa. 2. 7. 9. 35. 40. & 61. Daniel. 9. Aggæi 2. Michææ 4. & 5. Zachar. 9. 12. & 13. Malach. 3. Amos 9.

OBIICIES SECVNDO.

TOta Trinitas Pater nempe Filius, & Spiritus ſanctus efficiens principium [a] ſunt non ſolum corporis, ſed & Animæ, totius humanitatis, & hypoſtaticæ vnionis.

Tota igitur Trinitas Filij Dei Pater eſt, atque ita etiam Filius ſui ipſius Pater erit,

Reſpondetur, omnes Homines tanquam ab efficienti principio a tota Trinitate pendere, a qua è nihilo educti totam recepere ſubſtantiam; ſecundum quam rationem aliquo modo dicuntur Filij [b] per creationem ipſius Dei; & per conſequens Patris, Filij, & Spiritus ſancti, qui ſunt vnus Deus rerum omnium ſecundum quamcunque rationem efficiens [c] principium, etiãſi ipſæ careant anima, vt lapides, & pluuiæ.

Nihil enim eſt per participationem exiſtens quod non ſit tanquam ab efficienti principio ab exiſtenti per eſſentiam.

At per veram generationem viuentium non eſt Chriſtus Dominus qua ratione homo a Deo [d] procedens.

Eſt enim generatio origo [e] viuentis a viuente principio coniuncto in ſimilitudinem naturæ.

Quod Filio ſecundum carnem naſcenti non conuenit [f].

CAP.

[a] Conc. Toiet. 6. c. 1. Concil. Tolet. 11. in profeſſ. Fid. Conci'. Tolet. 16. in profeſſ. Fidei. Concil. Florentinum ſub Eugenio IV. ſeſſ. 25. cap. 6. Catechiſmus Romanus in explicat. art. 3. Symb. Apoſt. S. Thom. 3. p. q 32. art. 1.

[b] S. Tho. 3. p. q. 32. art. 3.

[c] Eſther 13. 2. Machab. 1. S. Dionyſ. c. 1. de diu. nominib. S. Hyppolitus Martyr Epiſcop. Portuen. de Theologia, & Incarn. contra Beronem, & Helicen hæreticos c. 1. tom. 3. mag. Bibl. veterum Patrum. S. Cyprian. de Idolorum vanit. Lactan. lib. 1. Inſtit. cap. 3. S. Athan. orat. contra Idola. S. Hilar. ad Pſal. 134. Nazian. orat. 49. S. Ambr. ad c. 9. Lucę. S. Bonau. in 1. diſt. 2. art. 1. q. 1. & in 3. diſt. 14. ar. 1. q. 2.

[d] S. Tho. 3. p. q. 32. art. 3.

[e] S. Tho. p. p. q. 27. art. 2. Nos ſupra tract. 2. de Deo Trino cap. 1. quæſ. 2.

[f] S. Tho. 3. p. q. 32. art. 3.

CAPVT XX.

De Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum carnem.

NAtiuitas qua ratione a conceptione diſtinguitur, partus eſt, quo in vtero Matris efformatus fœtus, & in ſpeciem hominis perfectè redactus, in lucem editur: de qua

QVÆRITVR PRIMO.

Vtrum Filio Dei in tempore naſci ſecundum carnem conueniat.

REſpondetur dicendum. Fide credendum eſt, Dei Filium ſecundum carnem in tempore [a] natum.

Probatur ex ijs Scripturæ [b] locis quibus in veteri Teſtamento prædicta eſt per Moyſen, & Prophetas Domini noſtri ſecundum

[a] Conc. Chalcedon. in confeſs. F.d. Quinta Synod. collat. 8. can. 3. Sexta Synod. c. 8. & act. 11. in epiſt. Sophronij. Conc. Later. ſub Martino I. conſultat. 5. can. 3. & 4. Theleſphorus Papa in ſua ep. decret. c. 2. Clemens Alex. lib. 1. ſtromat. verſus finem. Euſeb. in Chronico. S. Athanaſ. q. 17. ad Antiochum. S. Epiphan. hęreſi 51. S. Hieron. in cap. 1. Ezech. & in c. 2. Iſa. Chryſ. homil. 1. in Lucam. S. Aug. lib. 4. de Trin. c. 5. in enar. Pſ. 132. circa finem, in ſerm. de Natiu. Domini, & lib. 83. qq. q. 56. Oroſius lib. 7. Hiſtor. cap. 2. S. Cyrill. lib. 6. in Iulianum. S. Leo Mag. in ſerm. de Natiuit. Domini, in die Circűciſionis, & in die Epiphaniæ. Sophronius in orat. de Natali Chriſti. S. Fulgent. in lib. de Fide ad Petrum c. 2. S. Damaſc. lib. 3. de Fid. c. 7. & lib. 4. c. 15. Nicephor. lib. 1. Hiſtor. c. 2. & lib. 2. c. 3. Beda in cap. 2. Lucæ. S. Bern. hom. 3. de Natiuit. Domini. S. Tho. 3. p. q. 36. ar. 8. Baronius in apparatu ſuorum Annalium.

[b] Gen. 49. Sapient. 18. Iſa. 2. 7. 9. 35. 40. & 61. Daniel. 9. Aggæi 2. Michææ 4. & 5. Zachar. 9. 12. & 13. Malach. 3. Amos 9.

cundum carnem Natiuitas. Et in nouo Teſtamento [a] æterni Verbi ſecundum carnem eſt Euangelizata Natiuitas; quæ vniuerſo mundo gaudium attulit.

Quæ hac ratione explicari vlterius, & probari poteſt.

Illud ſuppoſitum quod ſecundum naturam in eo ſubſiſtentem generationis eſt terminus, dum in lucem editur, naſci dicitur.

Sed Filius Dei in vtero Matris ſecundum humanitatem in ipſo ſubſiſtentem generationis fuit terminus.

Igitur dum in lucem editur, naſci, & poſtquam editus eſt, natus eſſe dicetur.

OBIICIES.

SI Filius Dei ſecundum carnem diceretur & naſci, & natus, terminus generationis fuiſſet.

At generationis terminus non poteſt eſſe quod non accipit eſſe per generationem.

Filius igitur Dei non poteſt dici naſci, aut natus in tempore, cum neceſſe ſit vt ſemper extiterit, vtpotè is, in cuius eſſentiali conceptu exiſtere [b] includitur.

Reſpondetur. Suppoſitũ in generatione habet rationẽ termini, ex eo quod aliqua natura in ipſo ſubſiſtens incipiat eſſe per generationẽ. Nam

[a] Matth. 1. & 11. Lucæ 1. & 2. Ioan. 1. Ad Galat. 4. 1. Timot. 3. Ad Hebr. 5.

[b] Exod. 3. Pſal. 101. Sapient. 13. Ioan. 8. S. Dionyſ. cap. 2. & 5. de diu. nom. S. Athan. ep. ad orthodoxos de Synodis Arimini, & Seleuciæ congregatis circa fin. & orat. in hoc dictũ, Ex Deo Deus eſt Verbum. S. Hilar. lib. 1. de Trinit. in principio. Cyrill. Hieroſ. cat. 6. S. Ambroſ. lib. 10. in c. 22. Lucæ. S. Chryſoſt. hom. 14. in Ioan. S. Leo ep. 93. cap. 5. & 6. Beda ad c. 8. Ioan. Damaſc. lib. 1. orth. Fid. c. 12. & lib. 2. cap. 2. S. Tho. p. 1. q. 3. ar. 4. q. 4. ar. 2. q. 6. ar. 3. q. 7. ar. 1. & ſeqq. & q. 13. ar. 11. Bellar. tom. 4. contr. lib. 4. de amiſſ. gratiæ & ſtatu peccati c. 16.

Nam Homo generari dicitur ex eo quod per generationem eius efformetur corpus, & vniatur Animæ, quæ per creationem incipit eſſe.

Sed in Filio Dei natura humana quæ in eodem ſubſiſtit de nouo per generationem eſſe incepit.

Filius igitur Dei ſecundum humanitatem, ſeu carnem incepit eſſe, & per conſequens etiã dici poteſt & verè denominari ſecundum carnem natus[a]: in cuius natiuitate cum non fuerit imminuta, ſed ſacrata virginitas, non tetigit Virginem dolor[b], quem mors detulit; vt hoc carmine pleno pietatis affectu cecinit VRBANVS Octauus plebi, ac populo ſibi commiſſo ſemper prodeſſe intentus.

Chri. *Dum*[c] *mors me rapiet, te manet acrior*
Qui, dum me pareres non tetigit, dolor:
Orbi non tulit ortus
Vitam, mors mea deferet.

[a] Iſa. 7. Matth. 1. Lucæ 2. Symb. Apoſt. Conc. Alex. in epiſt. ad Neſtorium. Conc. Chalced. act. 5 in confeſſ. fidei. Quinta ſynod. collat. 8. can. 5. Sexta ſynod. act. 11. in epiſt. Sophronij. Conc. Later. ſub Martino 1. conſult. 5. can. 3. & 4. Catechiſm. Roman. in explicat. art. 3. Symb. Apoſt. Nazianz. orat. 16. de amore pauperũ, & 51 S. Aug. epiſt. 3. ad Voluſianum. S. Leo epiſto. 10. ad Flauianum. S. Fulgent. in lib. de fide ad Petrum c. 2. S. Damaſc. lib. 3. de fid. cap. 7. S. Tho. 3. p. q. 35. art. 1. & ſeqq.

[b] Iſa. 35. & 66. ex Damaſc. lib. 4. de fide cap. 15. Nazianz. in Tragœd. de Chriſto patiente. Nyſſen. orat. 1. de Reſurrect. S. Hiero. in lib. contra Eluidium. S. Aug. ſerm. 14. de Natiu. & ſerm. 1. de Aſſumpt. B. Virg. c. 4. S. Fulgent. in ſerm. de laudib. Virg. S. Bern. homil. 3. in Miſſus eſt, & ſerm. 4. in Vigil. Natiuit. S. Thom. 3. p. q. 35. artic. 6.

[c] Colloquiũ Chriſti Domini mox morituri cum Beatiſſima Maria Matre Maffæi S. R. E. Cardinalis Barberini nunc VRBANI VIII. Pontif. Max.

CAPVT XXI.

De Chriſti Saluatoris miraculis.

[a] S.Th.p. p. q.110. art. 4. & 3. p. q. 43. art. 2.
b Ioan.14. S.Ambroſ. lib.4. in cap.4.Lucæ. S.Chryſ.homil. 50.in Matth. S.Leo ep.10.ad Flauianum cap.4. S.Tho.p.p. q. 110. art.4.& 3.p.qu.43. ar.2.
c 3.Reg.17. Ioan. 3. & 10. S.Tho.3.p.q.43. ar.1
d Exod.34. Num.23. Deuter.7. & 32. 1.Reg.15. Iſa. 49. Io.3.8. & 14. Ad Rom.3. 1.Cor.1. & 10. 1. Theſſal.5. 2.Theſsal.3. 2.Timot.2. ad Titum 1. 1.Ioan.1.& 5. Apoc.3. Catechiſm. Roman. c.1.de fide, & ſymb. S.Epiphan.hæreſ.57. contra Noetianos. S.Tho.3.p.q.5.ar.1.

EA intelligunt miraculi nomine ſcriptores Eccleſiaſtici, quæ mira [a] videntur, & raro fiūt diuina virtute [b] tantum, ad eorum comprobandā miſſionem [c] qui à Deo mittuntur; quorum doctrina miraculis confirmata ſi falſa eſſet, a Deo qui eſt veritas [d] deciperentur Homines: qui cum ſit ſuum eſſe, infinitè bonus [e], ac ſapiens [f] eſt; nec dictis nec factis quemquam decipere potens.

Quamobrem Chriſto Domino miracula neceſſaria [g] erant vt is crederetur eſſe qui Filius Dei erat, & Deus viſibili miſſione à Patre miſſus ad redimendum homines a peccatis, quem

e Sap.7. 2.Machab.1. Matth.19. Marc.10. Lucæ 18. S.Tho.p.p.q.6.p tot. 3.p. q. 1. ar.1.q.20. art.1.& q.46.ar.2.ad 3. S.Bonau.in2.diſt.5. art.1.q.2. Bellarm. to.1. controu. lib.1. de Chriſto cap. 8. f Eſther 14. Iob 21. & 28. Pſalm. 118. Eccleſ. 23.& 42. Ad Roman. 11. Ad Hebr. 4. 1.Ioan. 3. S.Hieron.cap.3.in Eccleſiaſten. S.Aug.lib.7. de Trin.cap.7.& lib.6. de Gen. ad literam cap.20. & ſeqq. Boet.lib.3.de conſol.Metro 9. Magiſt. in 3.diſt.35.S.Tho.p.p.q.14. per tot.& 3.par. q.9.ar.2.ad 1. g Iſa.35. Zacch. 13. Matth.4.7.8.9.11. & 21. Marc.1.5.7.& 8. Luc.4. 5.6.7. 8. & 23. Io.3.4.5. 8. 9.10.11. 12.14.15. & 18. Ad Hebr.2. Conc.Epheſ.p.3.c.9. S.Dionyſ. in ep.ad Polycarpum. Origenes lib. 8. contra Celſum. Lactan. lib.4. de vera ſapientia cap. 15. S. Athan.in lib. de Incarn. Verbi, eiusq. corporali aduentu. S.Hilar. cap.21.in Matth. S. Ambroſ.lib.4. in cap. 14.Lucæ, lib.5.cap.de Miſsione Diſcipulorum Ioannis ad Ieſum. S.Hieron.in cap.8.9. & 21.Matth. S.Chryſ.hom.9.28.29.30.33.37.50.54.& 68. in Matth.in cap. 1. Marc. in cap.4.Lucæ, hom.2. de Lazaro,& hom.20.21.22.& 37.in Ioan. S. Aug. epiſt.3.ad

quem recipientes, adoptionem filiorũ Dei conſequerentur, vt hęredes quidem eſſent Dei, cohæredes autem Chriſti; in quem non credentes, a conſortio filiorum Dei reijcerentur.

Neceſſarium igitur fuit vt Vnigenitus Dei Filius miſſionem ſuam in mundum miraculis confirmaret, vt is crederetur eſſe in quem credentes, fide quæ per caritatem operatur ſalui fierent; non enim aliud eſt nomen ſub Cœlo in quo oporteat homines ſaluos fieri.

Quare ijs qui miſſi erant a Ioanne interrogaturi ab eodem Chriſto Domino an eſſet qui mittendus erat, reſpondit [a], ite & renunciate Ioanni quæ audiſtis, & vidiſtis: Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur.

Nec Iudæos Matth.16. reprehendit [b], quod ſimpliciter miracula quærerent; ſed poſtquã tot viderant quot ſufficientia fuiſſent vt abſq; nota leuitatis crederẽt: quem cum a Deo miſſum cognoſcere potuiſſent, ita miracula fieri petebant, vt modum ipſi præſcribere viderentur, quo eſſet Filij Dei miſſio comprobanda; quam cum per Prophetas [c] in Scripturis Spiritus Sanctus prædixiſſet, diuini conſilij quod abſque inquiſitione perfectum eſt, opus eſſe cognoſcere debuiſſent.

Sufficienti namq. facta propoſitione eorum

Voluſianũ, Tract.15. 23.24.30.44.49.71. 89.& 112. in Ioan. & lib.1.de Trinit.cap.6
S.Cyrill.Alex. in c.4. Lucæ, & lib.10. in Ioan.cap. 30.
S. Leo epiſt. 10. ad Flauianum.
S.Greg.lib.6.cap.26. in lib. 1. Regũ, hom. 10. in Ezech. ante medium, & lib. 27. mor.cap.6.
Beda in cap.9.Matt. cap. 14. in c. 4. Luc. & c.34. in c.8. Marc.
S.Tho.3.p.q.43.ar.1 & ſeqq.q.44 per totam, & q.47. ar.5.
a Matth. 11. Lucæ 7. Iſa 35.& 61.
b S.Tho.3. p. q.43. ar.1. in 1.argum.
c 1.Reg.2. 2.Reg.7. Pſal.2.3. 15.21. 40. 49.67.68. & 109. Eccleſ.24. Iſa. 2.7. 8.9. 11. 28. 35.40.42.45.46.49. 50.52.59.60. & 62. Ierem.11.19. 23. 30. & 33. Ezech. 17. 34. & 37. Daniel. 7. & 9. Ioelis 2. Amos 9. Michææ 2. 4. & 5. Aggæi 2. Zachar. 2. 3. 9. 12. & 13. Malach. 3. 4. & 5.

quę credenda sũt, ſi quis non credat, prauus ac peruerſus eſt, corde durus, & infidelis; cui non niſi miſerentis Dei eſt remittere culpam, condonare pœnam.

Cuius aduentum cum omne creaturarum genus demonſtrarit [a]; ex ſcripturis inquirenda ſunt quæ propter nos Homines, & propter noſtram ſalutem in aſſumpta carne mira operatus eſt Deus, vt diuino amore corda noſtra molliantur ad eos recipiendos aduentus Domini influxus, quibus veræ pœnitentiæ fructus efficiamus in via mandatorum Dei currentes.

CAPVT XXII.

De Chriſti Domini Paſſione, ac morte.

CHriſtum Dominum virtutes & ſigna Deum [b] eſſe confirmarunt; quem mors & paſſio verum hominem [c] eſſe declarant.

Quæ Chriſti Domini paſſio cum Animæ actio fuerit, quamuis ab extrinſeco excitata agente, atque obiecto quod etiam lædebat corpus,

QVÆ-

[a] Pſal. 61. Iſa. 60. Matth. cap. 2. Lucæ 2. Cyrill. Hieroſol. catecheſi 10. S Epiph. in lib. de vitis Prophetarum. S. Ambroſ. lib. 2. in c. 2. Luc. & in lib. de Viduis circ. princip. Nyſſen. in hom. de occurſu Domini. S. Hiero. lib. 1. in c. 2 Matth. & epiſto. 27. S. Chryſ. hom. 2. operis impfecti in Matt. hom. 6. in Matth. & in homil. de occurſu Domini. S. Aug. ſerm. 2. & 4. de Epiphan. & ſerm. 30. de Temp. Oroſius li. 6. cap. 22. & ſeqq. S. Maximus hom. 1. de Epiphania. S. Leo ſerm. 1. 2. & 4. de Epiphan. S. Fulgent. ſerm. 5. de Epiphania. S. Greg. homil. 10. in Euang. Beda de locis ſanctis cap. 8. Niceph. lib. 1. Hiſtor. cap. 17. S. Tho. 3. p. q. 36. per totam.

[b] Matth. 1. 8. 9. 21. Lucæ 6. & 7. Io. 5. 7. 8. & 9. 11. 14 15. & 18. S. Dionyſ. in ep. ad Polycarp. S. Hiero. ſup. cap. 8. 9. & 21. Matth. S. Chryſoſt. homil. 28. & 33. In Matth. S. Aug. epiſt. 3. ad Voluſianum, Tract. 15. 23. 49. 71. & 112. in Ioan. & lib. 1. de Trinit. cap. 6. S. Leo ep. 10. ad Flauianum. Beda in cap. 8. Marci cap. 34. S. Tho. 3. p. q. 43. ar. 1. & ſeqq. q. 44. per totam, & q. 47. ar. 5.

[c] 1. Petri 4. S. Leo ep. 40. ad Flauianum cap. 4.

QVAERITVR.

An Chriſti Domini anima ſecundum ſe totam verè paſſa eſſe dicatur.

PAſſiones actus vitales cum ſint, non ſolum ab obiectis dolorem ferentibus ſunt, verum & ab ipſa Anima quę [a] dolore refugit malũ præſens quod vitare nõ poteſt, & [b] timore refugit malum abſens, ſed imminens.

Cum igitur in Anima diuerſæ ſint facultates, vegetandi nempè, ſentiendi, atque ratiocinandi, quæ interdum etiam partes Animæ [c] dicuntur;

Iure quæritur, an ſecundum omnes animæ partes ſit Chriſtus Dominus paſſus.

Quæſito Reſpondetur, Dicendum primo. Si Animæ ſubſtantia ſpectetur quæ [d] indiuiſibilis eſt; Chriſtus Dominus ſecundum [e] totam animam paſſus dicitur.

Quod enim indiuiſibile eſt cum non habeat partes, non poteſt ſecundum partem vnam pati, quin & totum patiatur.

Dicendum ſecundo. In parte Animæ Chriſti vegetante non fuit dolor.

Probatur. Nam vegetare [f] commune eſt Hominibus, Animalibus, & Plantis.

[a] S. Tho. 1. p. q. 64. a. 3. & p. 2. q. 35. ar. 1. 2. & 3.
[b] Ariſt. li. 2. Reth. c. 5. S. Aug. in Pſal. 127. Caſsiod. in Pſal. 127. in Prologo. S. Tho. p. 1. q. 42. a. 1. q. 58. ar. 4. & 2. 2. q. 19. ar. 11. S. Bonau. in 3. diſt. 34. p. 2. dub. 1.
[c] Ariſtot. in libris de Anima ſæpiſsime. S. Tho. 3. p. q. 46. ar. 7.
[d] Ariſt. lib. 2. de Anima tex. 21. & lib. 3. a tex. 1. vſque ad 20. Claudian. Mamercus Presbyter Vlennenſis de ſtatu Animæ aduerſus vanos Poetas lib. 1. cap. 19. lib. 2. c. 6. & 7. & lib. 3. c. 14. cap. 2. de Vita tom. 5. mag. Bibl. Vet. Patrũ p. 1. S. Tho. 1. p. q. 75. ar. 5. 3. par. q. 46. art. 7. Nos ſup. tract. 4. de Opere ſex dierũ c. 6. quæſ. 5. de immortalit. Animæ.
[e] Pſal. 87. S. Tho. 3. p. q. 46. ar. 7.
[f] Ariſt. lib. 3. de Generatione Animaliũ cap. 2. circa finem.

At Plantæ ſunt doloris expertes.

Nihil eſt igitur quod ſecundum hanc portionem Chriſtum Dominum paſſum eſſe dicamus.

Dicendum tertiò. Chriſtus Dominus ſecundum eam animæ portionem quæ ſentiens erat, pati [a], triſtari [a], ac dolere [a] potuit.

Probatur; quia ſenſitiua portio in corpore exiſtens paſſionibus ſubiecto, pati ac dolere poteſt.

At Chriſtus Dominus paſſionibus ſubiectum corpus [b] habuit; quia mori potuit:

Et dolorem igitur ſenſit, qui cum eſſet à voluntate imperatus, per eum mereri potuit ſui corporis gloriam, nominis exaltationem, hominibus a peccatis redemptionem, gratiam, virtutes, & dona quibus gloriam conſequuntur.

Dicen-

a Pſal. 87. & 93. Iſa. 11. & 53. Treni 1. Matt. 8. 16. & 26. Marci 3. & 14. Lucæ 7. & 22. Ioan. 12. Sexta Synod. gen. Act. 4. 8. 11. 17. & 18. Conc. Later. ſub Martino I. Act. 5. S. Cypr. in ſerm. de ieiunio, & tentationib. Chriſti, & ſerm. de Paſsione Chriſti. S. Athan. in lib. de Incarn. Chriſti poſt medium. S. Hilar. in Pſal. 53. 68. & 118. & lib. 3. de Trinit. S. Ambroſ. l. 2. de fide ad Gratia. c. 2. & 3. S. Baſil. lib. 4. con Eunom. circa finem. S. Epiphan. hæreſi 66. 69. & 76. S. Hieron. in cap. 26. Matt. ſuper illud, cœpit triſtari. Nyſſenus in lib. cont. Apollinarem. S. Chryſoſt. hom. 24. & 27. in Matth. S. Aug. in Pſal. 21. 87. & 93. li. 14. de Ciu. Dei c. 7. 9. & 15. li. 1. contra duas epiſt. Pelagianorum, lib. 2. de peccatorum meritis, & remiſſ. c. 29. l. de corrept. & gratia c. 11. lib. 4. Hypognoſt. circa finem. l. 1. Gen. con Manichæos c. 8. li. 1. con. Aduerſar. legis, & Prophet. c. 7. & lib. 22. con. Fauſtum cap. 13. S. Cyrill. li. 10. Theſau. c. 2. & 3. li. 4. in Ioan. c. 1. S. Fulgent. li. 1. ad Traſimundum cap. 21. 22. & 27. S. Leo epiſt. 11. ad Iulianum Epiſcopum Coenſem, & ſerm. 7. de Paſsione. Agatho Papa in ep. ad Imperatores, quæ habetur in 6. Synodo Act. 4. Sophronius in ep. Synodali, quæ habetur in 6. Synod. Act. 11. Beda li. 2. in Matt. c. 8. & li. 2. in Lucam c. 15. S. Damaſc. li. 3. de fide c. 15. 18. 20. 23. & 26. S. Anſel. in c. 8. Matth. S. Bernard. ſer. 1. de S. Andrea. Magiſt. in 3. diſt. 15. & 16. S. Thom. 3. p. q. 15. ar. 4. & ſeqq. q. 18. ar. 6. & q. 46. per totam. S. Bonau. in 3. diſt. 15. ar. 2. q. 2. & ſeqq. & diſt. 16. Scot. in 3. diſt. 15. & 16. Bellarm. explicat. in Pſal. 87.

b Iſa. 53. Matt. 4. & 27. Lucæ 22. Ioan. 4. 1. Cor. 15. Ad Heb. 2. & 12. 1. Pet. 3. & 4. Conc. Epheſ. per totum. Conc. Chalced. Act. 5. Quinta Synod. Act. 8. Sexta Synod. Act. 11. & 13. Conc. Later. ſub Martino I. Conſult. 5. c. 2. S. Damaſus in ep. ad Paulinum de profeſſ. ſuæ fidei. Eutychianus Papa ep. 1. ad Epiſcopos Bæticæ. Leo Magn. ep. 11. & ſer. 7. de Epiphania. S. Greg. Magn. l. 17. mor. c. 18. S. Ignatius in ep. ad Tral-

Dicendum quarto. In voluntate Chriſti quæ eſt rationalis appetitus cum viſione beata connaturali [a] modo non potuit eſſe dolor.

Probatur. Gaudium quod ex ſummo bono clarè viſo oritur, omnem expellit dolorem: nullum namq. malum, aut triſte quid accidere poteſt voluntati quæ ſummo bono clarè viſo amore adhæret: quæ enim voluntas bonorum omnium fonte fruitur, nullius mali triſtem poteſt ſentire motum, vel dolore affici: nam in ſummo bono, qui eſt vltimus finis, ita quieſcit rationalis & intelligens creatura, vt nullo alio indigeat ad beatè perfectèq. viuendum.

Dicendum tamen quinto. Non [b] implicat contradictionem in Chriſti Domini voluntate qui eſt rationis appetitus, cum perfecto gaudio quod ex viſione ſummi boni procedebat, dolorem fuiſſe ex aliquo malo ob quod liberè dolere, mæreri, aut triſtari voluerit.

Pro-

lianos, & in epiſt. ad Smyrnenſes. S.Dionyſ. c. 2. de diuin. nomin. p.1. Iuſtinus martyr in expoſit. fid. Irenæus li. 3. cap. 32. & lib. 5. cap. 1. Tertull. in li. de carne Chriſti, in lib. con. Iudæos ca. de claritate gentium, & li. 3. con. Marcionem. Origen. in l.1. de Principijs. S.Cypr. ep. 73. & de bono patientiæ. Alexand. Epiſc. Alexandriæ in epiſt. ad Alexandrum Epiſcopum Conſtantinop. S. Athan. orat. 4. con. Arianos. S.Hilar. l. 10. de Trin. S. Baſil. in Liturgia. Cyrill. Hieroſol. Catecheſi 4. de generat. Filij, & catecheſi 13. Illuminatorum. Nyſſen. orat. 2. de pauperibus amandis. S.Ambroſ. li. 2. de fid. cap. 4. S. Hieron. ep. 160. ad Principiam. Chryſ. hom. 18. in Matth. S.Aug. ep. 145. lib. 2. de peccatorum meritis, & remiſſ. c. 29. & de fide con. Manichæos c. 26. S. Cyrill. de recta in Deum fide ad Theodoſium. S.Proſp. ſent. 64. Cæſar. Arelaten. hom. 5. de Paſcha. S. Fulgen. li. 2. de fid. ad Petrum cap. 2. Boetius in lib. de duabus naturis, & vna Chriſti perſona. Iſidor. de doctrina & fid. eccleſ. dogmat. c. 2. Sophronius in ep. Synod. quæ habetur in 6. Synod. Act. 11. Vigilius li. 1. & 2. con. Eutychetem. Beda lib. 2. in Marcum cap. 28. S.Damaſc. li. 1. de fid. cap. [illegible] S. Anſel. in cap. 8. ad Rom. Magiſt. in 3. diſt. 15. S.Thom. 3. p. q. [illegible] per totam.

[a] S. Thom. 3. p. q. 46. art. 7. & 8.

[b] Pſal. 15. Cant. 3. ex Gregorio Nyſſeno, Maximo, Theodoreto, & S.Thoma in eundem locum. Lucæ 15. ex 1. Petri 1. Ioan. 15. ex S.Cyrillo Alexandrino l. 10. in Ioan. c. 21. Ad Hebr. 12. S.Ambroſ. li. 10. in Lucam cap. de dolore, & triſtitia Chriſti. S. Aug. in li. de vera, & falſa Pœnitentia cap. 13. in fine. S. Cyrill. lib. 16. in Ioan. cap. 21. & 22. S.Tho. 3. p. q. 46. ar. 8. & q. 84. ar. 9. ad 2. S.Bonau. in 3. diſt. 16. ar. 2. q. 2. Scot. in 3. diſt. 15. Suar. tom. 1. in 3. p. S.Tho. q. 18. ar. 6. diſp. 38. ſect. 3.

Probatur. Nam ſimul cum viſione beata, & amore quo Deo perfectè adhærebat, concipere poterat peccatum eſſe [a] malum.

Ergo poterat illud deteſtãdo triſtari. Quod & congruè dici poteſt ijs quæ docent [b] Concilia, & [c] Patres ex Scripturis, ex quibus deducunt in Chriſto non ſolum duplicem naturam, ſed & duplicem voluntatem, atque operationem fuiſſe.

Quod autem diximus, intelligendum eſt factum, aut fieri potuiſſe Dei abſoluta potentia, qui voluerit ex diuerſo motiuo Chriſti Domini voluntatem ſimul gaudere, ac mæreri, triſtem eſſe, atque lætari.

Nam quemadmodũ concipere potuit Chriſti Domini intellectus humanus bonum eſſe dolere pro peccatis ad redimendum hominem a ſeruitute peccati; ſic potuit eum adiuuare ſuo concurſu Deus, vt talem eliceret actũ eiuſdem Chriſti Domini voluntas quæ eſt rationis appetitus, per quem peccata hominum deteſtans, triſtaretur.

Cuius paſſionis & mortis voluntariè ſuſceptæ quomodo fructus nobis applicetur, vt cognoſcamus magis,

De Sacramentis erit ſequenti Tractatu agendum.

F I N I S.

[a] S.Th.3.p.q.46.a.6.

[b] Conc.Epheſin. per totum. Conc.Chalcedon.per totum. Sexta Synodus gener. per totam. Conc.Later. ſub Martino I. per totum.

[c] S.Auguſt. li.14. de Ciu.Dei cap. 9. Theodor. Dialogo 1. 2. & 3. S.Leo ep. 10. ad Flauianum, epiſt. 97. ad Leonem Auguſtum, & in ſer. de Natiuitate, & de Paſsione Dñi. S.Fulgen. in li.de Incarnat. & gratia, & de fide ad Petrum Diaconum. Agatho Papa in ep. ad Imperatores. Sophronius in ep. Synod. quæ habetur in Sexta Synodo Act. 11. B. Vigilius in lib. con. Eutychetem. S.Tho. 3.p.q. 2.3.4. & ſeqq. Bellar. to. 1. controu. in lib. de Chriſto, de Incarnatione, de Anima Chriſti. & de Chriſto Mediatore.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

ERRATA.

Pag.	Verſ.			
14	4	*a fine in marg.*	Galliæ	Galliciæ
42	4		quod	quot
120	6	*a fine in marg.*	S. Bonau. diſt. 34.	S. Bonau. in 3. diſt. 34.
166	3		intelctu	intellectu
184	5		loquentes	loquentibus
192	9		b	c
193	8		Deo	De
197	7	*a fine*	fundabant	fundebant.